# JOSEPHI ANDR. ZAŁVSKI

SVPR. REGNI POL. REFERENDARII

ET RELIQVA

# PROGRAMMA LITTERARIVM,

OB

*EXEMPLARIVM RARITATEM*

MVLTIFARIAMQVE ERVDITIONEM

EX POLONICO IN LATINVM SERMONEM

*TRANSLATVM RECVDI*

AC

# HISTORIAM LITTERAR.

POLONIÆ, LITHVANIÆ, PRVSSIÆ

ET CVRONIÆ

*ILLVSTRARI CVRAVIT*

GEORG. PETR. SCHVLTZ

DOCT. ET PROF. THOR.

---

DANTISCI. MDCCXLIII.

APVD GEORGIVM MARCVM KNOCH.

E. XIX N94
por. E xxxiv 204
P. 1

ILLUSTRISSIMO
REVERENDISSIMO
DOMINO
JOSEPHO ANDREÆ
COMITI IN ZAŁUSKIE
ZAŁUSKI,
MAGNO LOTHARINGIÆ
ELEEMOSYNARIO,
SUPREMO REGNI POLON.
REFERENDARIO,
CURIÆ NANCEJENSIS CONSILIARIO,
ABBATI FONTENAVIENSI.
CÆTERA,
DOMINO LONGE GRA-
TIOSISSIMO.

Quod eandem, quam nuper Illuſtriſſimo Regni Cancellario declarare auſus fui, devotiſſimæ mentis meæ teſſeram, nunc TIBI quoqve ILLUSTRISSIME DOMINE, teſtari audeam, illius quidem rei multas habeo graviſſimasqve cauſas. Quarum quidem prima præcipuaqve eſt, quod combinatis cum ILLO operis & viribus *rem* Patriæ Veſtræ *litterariam* neglectam ferè in diem lucemqve proferre anniteris, mirabili prorſus ſed rariſſimo *fraternæ* in re laudabilisſima *Concordiæ* exemplo.

Teſtes adſerti hujus produco omni exceptione majores, inſtructiſſimæ, in omni ſcientiarum genere BIBLIOTHECÆ adornationem &, quod majus eſt, publicis uſibus deſtinationem. Quid *Analecta Hiſtorica*, quid *Hiſtoriam* illam *Poloniæ criticam* commemorem? cujus typis exponendæ honor mihi contigit, quamqve omnes patriæ hiſtoriæ gnari meritò admirantur, & ex hoc ſpecimine velut ex un-

gve leonem, quod proverbio dicitur, cognoſcunt.

Quanquam q̄uid ego laudatiſſimam hanc rei litterariæ promovendæ harmoniam admirer, cum nobiliſſimum hoc ſtudium jam in Avis Proavisqve Veſtris univerſus orbis veneratus ſit Polonus? adeo *Zaluskianæ Genti* velut proprium & ſuum eſt, non magis Eruditis favere, quàm ipſam Eruditam eſſe.

Animadverteras dubio procul, ILLUSTRISSIME DOMINE, in elaborando pulcherrimo illo *Hiſtoriæ Criticæ* ſpecimine, quantis adhuc Sarmatiæ Annales dubiis nævisqve laborarent, ideoqve Civium Tuorum Eruditos doctiſſimo *Programmate* Tuo *litterario* uti ad hiſtoriam Patriæ ſpeciatim, ita generatim Litterariæ excolendam excitare voluiſti. Et quis unquam exterorum crediidiſſet, SARMATIAM, gentis modò Martialis

ma-

matrem huc dum habitam, tot genuiſſe Palladis alumnos, tot omnifariæ eruditionis produxiſſe fœtus, niſi Programma Tuum innotuiſſet?

Equidem ſummo illud apud omnes Polonicæ lingvæ gnaros applauſu excipiebatur, nec minori apud alios receptum fuiſſet, niſi idiomate exaratum eſſet, apud exteros, cum primis eruditos, parum noto.

Anne itaqve jus fasqve erat, id quod Tua, REVERENDISSIME DOMINE, incentiva de litteris bene demerendi propenſio in commune proficuum volebat, communi quoqve & Litteratis proprio idiomate luci publicæ exponere, adeoqve cum totius orbis Litterati civibus communicare? Hoc ut efficeret, commoveri facillimè ſe paſſus eſt celebris *D. Schultzius*, quippe quem & rei litterariæ amantiſſimum & *Zaluskianæ Proſapiæ* cultorem atqve admiratorem devinctiſſimum probè noveram,

veram, Tua uterqve toties experta Humanitate penitus confiſi. Tanta quippe ea, tamq́; erga omnes, cumprimis Eruditos profuſa eſt, ut Muſis Sarmaticis de felicitate ſub TUA, FRATRISqve ILLUSTRISSIMI tutela, ac generoſa Utriusqve in ornandis litterarum ſtudiis fovendisqve ingeniis voluntate quemlibet jure meritoqve oporteat gratulari.

Jam quæ ſeges, quam late patens aliarum Virtutum Tuarum ſeſe mihi pandit campus, REVERENDISSIME DOMINE! Quis non in TE ſummas illas animi ingeniiqve dotes maximoperè ſuſpiciat ac veneretur? Quis eſt, qui Tuam rerum divinarum Sapientiam, ac eam præſertim, quæ Tuo pectori firmiſſime infixa ſedet, divini Numinis colendi adorandiqve non admiretur curam atqve ſanctitatem? Et quis Tuam, DOMINE GRATIOSISSIME, in illuſtri adminiſtranda exornandaqve quadruplici Provinciâ erogandi pietatem,

tatem, conſulendi prudentiam, referendi juſtitiam, dirigendi ſolertiam vigilantiamqve meritis deprædicare audeat elogiis? Præſtat ſanè, tantas tamqve eminentes Virtutes integras potius illibatasqve præclarioribus ingeniis juſte evehendis reſervaſſe, quam ſtrictim eas carptimqve adduxiſſe.

Quin potius tenuitatis meæ conſcius manum de tabula lubens retraho, TEqve ILLUSTRISSIME DOMINE, ſumma qua par eſt, ſubmiſſæ mentis veneratione oro rogoqve, concedas gratioſiſſime, ut hoc Tuum Opus latinitate donatum, meisque impenſis luci publicæ expoſitum tanto quidem paratiori animo INDULGENTIÆ TUÆ dedicem, Tuumqve Celebratiſſimum ei Nomen præfigam, quo magis Tuum eſt, Tuæqve incredibilis ſcientiæ litterariæ & amoris ſtudiorum teſtem profert omni oculato certiorem.

Dent TIBI Superi felicitatem quam mereris,

ris, ſerventqve animum quem dedere, ut Tua Magniqve FRATRIS Tui cura res Patriæ litteraria pariter ac publica ſubinde efflore-ſcat, tandemqve Polonia, uti hactenus Chriſtiana, uti Bellatrix audiit, ita Veſtris auſpiciis magis etiam magisqve evadat Erudita.

ILLUSTRISSIMI
REVERENDISSIMI
NOMINIS TUI

Gedani, d.
A. C. MDCCXLII.

Cultor perpetuus
Cliens devinctiſſimus
GEORGIUS MARCUS KNOCH,
BIBLIOP. GEDANENS.

# PROGRAMMA LITTERARIVM
AD
## BIBLIOPHILOS, TYPOTHETAS ET BIBLIOPEGOS, TVM ET QVOSVIS LIBERALIVM ARTIVM AMATORES
# JOSEPHI ZAŁVSKI,
***REFERENDARII REGNI, ABBATIS HEBD.***

EDITVM ANNO 1732. DIE 2 JANVARII.

Jam pridem *principes litteratorum* in Europa conqveſti ſunt de magna doctorum noſtrorum virorum negligentia, quod, cum omnium hujus partis terrarum, Regnorum, *eruditorum vigiliæ fructusq; laboris ſui*, & antiquiores in *Bibliothecis* ita dictis *Nationalibus*, & recentiores noviſſimeqve in publicam lucem prodeuntes, *fœcundi facundiq; ingenii partus*, in peculiaribus cujusqve nationis *Litterarum Ephemeridibus*, ſive *Eruditorum Diariis* ad omnium perveniant notitiam, ſola tantum Polonia *famæ apud exteros capeſſendæ incuria propriæq; gloriæ injuria*, licet & ipſi non deſint luculenta doctorum Virorum opera, ſive reprehendenda modeſtia, ſive (ut verum dicam) *erudita ac ſibi ſapiente Myſanthropia*, ad hæc usqve tem-

pora non ſolum vicinarum gentium viris eruditis, gentis ſuæ Scriptores colligendo, *per periodicas ephemerides* annuas, trimeſtres, menſtruas aut hebdomadales, more exterorum diariorum; verum etiam civibus ſuis, notos non reddat Catalogos librorum, qvi qvotannis *intra decurſum anni* exeant in vulgus. Nam quod ad Nationales Bibliothecas attinet, nulla eſt natio in Europa, qvæ non generatim collegerit gentis ſuæ autores. Neqve vero ſolum Regna, Terræ & Provinciæ, ſed etiam exteræ urbes habent ſuos *Hiſtoriæ Patrio-Litterariæ* Scriptores. Qvod, ut ſingulos enumerando clarius pateat, breviter infra (vid. lit. A.) commemorabo iſtas gentes & urbes una cum *Scriptoribus* ſuis. Non ſolum autem finitimæ gentes ac diſſitæ Regiones *perennem Eruditorum famam litterariis inſcripſere faſtis;* verum etiam vicinæ & noſtræ qvondam provinciæ *invidioſam* hac in re nobis debent *movere Salivam.* Namqve primo *Sileſiorum in genere* vitas & ſcripta recenſuit Nicolaus *Henelius*, Johannes Caſparus *Ebertus*, Martinus *Hanckius*, Mathias *Hanſius*, Chriſtianus *Rungius*, Johannes Henricus *Cunradus* & Joannes Sigiſmundus *Johnius*. *Speciatim* vero *Vratislavienſium* commemoratus *Hanckius* & *Hanſius* nec non Adamus *Pantke*, *Olavienſium* Chriſtianus *Kœllner*, *Olsnenſium* N. *Sinapius*, *Leobergenſium*, *Goldbergenſium* & *Hirſchbergenſium* dictus *Ebertus*; imo noſtrorum *Frauſtadienſium* Samuel *Lauterbach*; *Pomeranorum* Eruditorum geſta ſcriptaqve incepit colligere Benjamin *Potzerne* ac nunc colligit Joannes David *Jæncke*. Neqve minus *Livonum ſeræ transmiſit poſteritati* Simon Ditericus *Gerkens* in *Narva Litterata*, Gabriel *Siöberg* in *Pernavia Litterata*, Joannes Rudolphus *Brehm* in *Revalia Litterata*, Adrianus *Prewmann* in *Riga Litterata* & Daniel *Eberhard* in *Dorpato Litterato*. Qvinimo ipſi Pruſſi hac in re nobis *præripere palmam* contendunt, cum Michael *Lilienthal* Doctos ſuos Cives *in publico orbis ſiſtit theatro*. Jam noſtri qvoqve *Gedanenſes*, Andreas *Charitius in Viris Eruditis Gedani Ortis*, Ephraim *Prætorius in Athenis Gedanenſibus* & Joannes Ephraim *Gnoſpius* in promiſſo opere *æmulantur chariſmata meliora* & nobis tandem *lampada tradunt*. Qvemadmodum jam nobis *in ſtadio præcurrere* anniſus eſt *adſcititius Stadiodromus*, *Anonymus Pruſ-*

*ſius*

*ſus* (i. e. Gottfridus Lengnich) in ſua Germanice edita *Polonica Bibliotheca*, ſed pede vix loco moto ſubſtitit, *præmiſerum* alii relinqvens *bravium*. Jam nos ordo tangit, *ut publica Reipublicæ Litterariæ coronemus vota*. Sunt qvidem hujus argumenti antiqviores centum abhinc annis & amplius editi libri Chriſtophori *Varſevitii* & Simonis *Starovolſcii*; ſed iſti *aeentem ardentemq; Eruditorum haud qveunt levare ſitim*. Prior enim primos eruditionis Polonicæ protoplaſtas tantum recenſuit, *texuitq; nil præter nomina nuda*; poſterior vero *Hecatondaden, Encomia*, centum tantum Scriptorum ſola, *jejuno calamo*, conſcripſit elogia, nullo addito indice librorum ab ipſis editorum & conſcriptorum. Atqve hi vix in Polonia innotuerunt; nam jam pridem & in locis longe diſſitis (ante centum ſex annos Venetiis) typis impreſſi ſunt. Habemus & noviſſimum *Schediaſma litterarium de Scriptoribus Hiſtoriæ Polonæ* Samuelis Joachimi *Hoppii*, cum additamentis Gabrielis *Groddeckii* & Valentini *Schlieffii*, ſed ibi tantum ſoli Polonici recenſentur Hiſtorici, ut & *Juris Publici Polonici* Scriptores (quorum tamen plurimi omiſſi ſunt) *de cæteris autem ne gry qvidem*. Noviſſimum in hoc argumento opus promulgavit David *Braun* Conſiliarius Brandenburgicus; at vero is tantum autores Polonicos & Pruſſicos *Hiſtoriæ Politicæ ac Juris Publici*, eosqve, qvos in privata ſua Bibliotheca aſſervat, (reliqvis omiſſis) *critico ratiocinio, at non ubiq; æqve rationabili* recenſuit. Qvamobrem precibus amicorum inductus ac epiſtolis ſæpius ad me transmiſſis ab exteris viris eruditis, iisqve eruditionis Polonicæ curioſis, ſcilicet a defuncto Ludovico *de Courcillon Dangeau* Abbate *de Fontaine-Daniel* & Pariſiis, Gallicæ ita dictæ lingvæ, Academiæ Decano: nec non a *litteratorum currentis ſeculi facile Principe* Abbate *Bignonio* Conſiliario ſtatus & Bibliothecario Regis Galliæ, *Salmone* Doctore Theologiæ Socio & Bibliothecario Sorbonnæ, item Joanne Burchardo *Menckenio* Conſiliario Saxonico, Profeſſore Lipſienſi & principe poſt obitum patris autore *Actorum Eruditorum Lipſienſium*, qvi jam in Germanicis *Eruditorum* novis publicis, Gelehrte Zeitungen dictis, hæc mea conata non ſolum divulgavit, ſed etiam laudibus exornavit, horum omnium, inqvam, precibus inductus *hanc*

*in me ſpartam lubens meritoq; aſſumſi*, & *horis ſubciſivis*, quantum mihi aliis rebus occupato vacat, colligo, ac ſuo tempore *faventibus foventibusq; Superis* proferre volo *ſub limam ſublimium ingeniorum*, perfectum abſolutumqve omnibus numeris in hoc argumento opus, ſub hoc titulo:

*Bibliotheca Polono-Litteraria univerſalis & completiſſima ſiſtens ordine alphabetico vitas autorum, qvotqvot unqvam exſtiterunt, natione Polonorum, Lithvanorum, Boruſſorum, Sileſiorum, Pomeranorum, Livonum & Curlandorum; cujusvis ævi, religionis ac profeſſionis, recenſensq; eorum Scripta huc ad usq; latentia, & inedita vel jam; qvovis idiomate, Hebræo, videlicet Græco, Latino, Gallico, Italico, Germanico, Sclavonico, Polonico, Lithvanico, Lottavico Bohemicoq; in qvalicunq; facultate; vel materia evulgata ab ipſis introductarum in has oras litterarum primordiis usqve ad annum Secularem 1700 perducta, cum appendice Scriptorum exoticorum de rebus Polonis ex profeſſo vel incidenter tractantium, & adjecto copioſo indice ordine materiarum diſpoſito.*

Et qvia partim propter *ſupinam oſcitantiam*, partim propter magnos ſumptus, qvos res typographica reqvirit, multa præclara opera antiqvorum Autorum Polonorum hucusqve non potuerunt *lucis publicæ uſura frui*, eorumqve Manuſcriptis in variis Bibliothecis, privatorum domibus & Nobilium palatiis *cum tineis & blattis decertare contingit*, imo nonnunqvam *dolendo, heu! fato in croci piperisq; cucullos* converti; Eam ob rem hac *epiſtola encyclica* ab omnibus & ſingulis peto, ut manuſcripta *in qvacunq; materia* mihi impertiri velint, qvicunqve illorum ſunt poſſeſſores ſive Capitula, Academiæ & Monaſteria atqve Bibliothecarum Præfecti, & *more inter litteratos recepto* per me *erudito orbi ſufficientem* eorum *notitiam* tradant; ſive illa manuſcripta (*præhabita ſyngrapha*) ad breve tempus communicare velint, ut argumenta in iis contenta connotentur, ſive illa etiam, *prævia adæqvata valoris refuſione* vel etiam *æqvivalenti commutatione* cedere velint; eoqve lubentius, qvod Bibliotheca mea (*abſit jactantia verbo*) qvod ad Autores Polonos attinet, *ſingularis & plane unica*

brevi tempore cum Bibliotheca *tenerrima dilectione*, *ſummaq; veneratione proſeqvendi* Germani mei Fratris, Epiſcopi Plocenſis (ex *litteraria ſupellectile Olſzovii* Primatis Avi, Andreæ *Zaluski* Epiſcopi Varmienſis, ſupremi Regni Cancellarii, & *Ludovici* Epiſcopi Plocenſis, patruelium noſtrorum adornata) non ſolum *privatis ſtudiis*, verum etiam *publico pateſcet bono*, more aliarum exteris in urbibus Bibliothecarum, hic Varſaviæ ut in altera regia urbe (cum jam id *Cracoviæ* commemoratus Primas *Olſzovius* perfecit) omnibus eruditis atqve optimarum artium ſtudiis deditis, certis diebus ac horis *propediem* aperiunda. Qvodſi vero, *qvod abſit*, qvidam *acres nimisq; invidioſe tenaces Poſſeſſores*, qvi *pretioſa hujus generis cimelia* habent, minus faciles eſſent in iisdem vendendis & communicandis; orandi itaq; ſunt, ut minimum argumenta ſuorum manuſcriptorum *cathegorice graphiceq;* deſcripta, ad me mittere velint, ut hac ratione comparata undiq; notitia ad ſupra commemoratam Bibliothecam accedere poſſit *pars pretioſior toto*, ſub hoc titulo:

> ***Mantiſſa Bibliothecæ Polono-Litterariæ*, *ſive Elenchus Vniverſalis Codicum Manuſcriptorum*, *in qvibusvis Poloniæ & adjacentium*, *ac ſceptro Sereniſſimi Regis Auguſti II parentium provinciarum Baſilicis*, *Cænobiis*, *urbiumq; ac privatorum hominum Bibliothecis adhuc latentium*.**

Atqve ita ad modum (& *ſimili prorſus methodo*) Antonii *Sanderi*, qvi in *Germania inferiore*, & Thomæ *Smithi*, qvi in *Anglia* & *Hibernia* omnium Manuſcriptorum longum texuit Catalogum, *cum ſummo litteratorum emolamento*, qvi, de aliqvo Scripturi argumento facile ex illis cognoſcere poſſunt, num qvis jam *eandem telam pertexuerit*, & unde plura *in materia pertractanda*, ad cognitionem neceſſariam peti poſſint. *Tale opus* (inqvit doctus Polyhiſtor *Burchardus Gotthelf Struvius in introductione in notitiam rei Litterariæ pag. 345*) *multæ eſt utilitatis*, *atq; optandum*, *ut ſimile qvid de manuſcriptis in Bibliothecis Germaniæ* (ego dico Poloniæ) *haberemus*. Præterea, qvod *ad normam collectionis Scriptorum Polonorum Johannis Piſtorii Nidani* (*paſſim corpus piſtorianum dictæ*) collegerim multa ſcripta & fragmenta ad hiſtoriam

polonam pertinentia, nec adhuc typis impreſſa, qvorum Tomi 4 *in Folio* eſſent, eorumqve *conſpectum* & ſciagraphiam inferius (vid. lit. B.) dabo, atqve iſtam collectionem typis mandare conatur *Lipſiæ* Georgius Mauritius *Weidmann*, Conſiliarius & Bibliopola Aulicus Sacræ Regiæ Majeſtatis bene jam meritus, *de Republica Polono-Litteraria*, evulgata Lipſiæ anno 1711 nova *Dlugoſſi* editione, adjectis ſeptem poſtremis libris, qvi in priori editione Dobromilienſi non reperiuntur, neqve adhuc in Polonia editi, neqve viſi ſunt, adjuncto præterea *Hoppii Schediaſmate Cadlubconis*, *Orzechovii* & *Sarnitii* Chronicis, ejusdemqve *Sarnitii* Topographia Polona, & *Carncovii* Epiſtolis; ſi qvis aliqvod manuſcriptum, qvod in hoc conſpectu meo non reperitur, ac ad hiſtoriam Polonam pertinet, habuerit, *ſi qvæ viſcera dilectionis Patriæ, ſi qvis Amor boni publici, ſi qvæ communicatio Spiritus*, rogo ac obteſtor, ut curet ad me perferendum (*ſalva compenſatione ſumtuum*) qvo in hac collectione juxta cum aliis *ſimilis argumenti* locum habere poſſit, & hoc modo *plenum & perfectum corpus Scriptorum Polonorum hucusq; ineditorum publicæ mandetur luci.* Qvam ad rem nos incitare debet exemplum vicinorum noſtrorum Germanorum, qvi *indefeſſa opera* non ceſſant colligere ejusmodi patriæ hiſtoriæ *fragmenta: colligunt, ne pereant.* Qvemadmodum ad hæc tempora ſumma cum laude id egerunt anno 1542, *Anonymus in Germanicæ Hiſtoriæ Illuſtratione*; 1580 Reinerus *Reineccius*; 1661 Melchior *Goldaſtus*; 1670 Chriſtianus *Vrſtiſius*; 1673 Simon *Schardius*, eodemqve anno Joannes *Piſtorius*; idem, qvi collegit noſtrum *Corpus Scriptorum Polonorum*; 1685 Johannes Georgius *Culpiſius*; 1688 Henricus *Meibomius*; 1698 Chriſtianus Franciſcus *Paulinus*; 1699 Gottfried Wilhelm *Leibnitzius*; 1702 Johannes *Schiller*; 1706 Erpold *Lindenbrogius*; 1707 Johannes *Heineccius*, cum Johanne Hieronymo *Leuckfeldio*; 1717 Marqvardus *Freherus*: cum annotationibus Burchard Gotthelf *Struvii*; 1719 Chriſt. Gottfried *Hoffmann*; 1720 Johannes Georgius *Eckardus*; 1721 Johannes Petrus *a Ludevig*; 1722 Johannes Fridericus *Schannat*; 1723 Raimundus *Duellius*; 1724 Simon Fridrich *Hahn*; 1725 Georgius Chriſtianus *Johannis* & memoratus *Schannat*; 1726 dictus *Struvius* in nova edi-

editione, annotationibus exornata *corporis Piſtoriani*; 1727 Juſtus *Reuberus* cum annotationibus commemorati *Johannis*: ut & iterum *Schannati*; 1731 N. *Kuchenbecker*; in qvibus *Scriptorum Germanicorum ineditorum* collectionibus qvædam noſtrorum qvoqve autorum Polonorum, *ob rationem Vicinitatis* adſcitorum, opuſcula reperiuntur. Maximum tamen hac in re mihi addit calcar Fridericus Wilhelmus *Eqves de Sommersberg*, Nobilis Sileſius, qvi ante duos annos (1729) edidit duobus tomis *in folio Corpus Scriptorum rerum Sileſiacarum ineditorum, opus non Sileſiæ modo, ſed & vicinarum gentium res adornans*, cum aliqvo rerum noſtrarum detrimento, *ex qvo miſit falcem in noſtram meſſem*, verum laude non exigua dignus, qvod qvædam veterum noſtrorum hiſtoricorum fere neglectorum ſcripta, *inter deperdita relata, ab interitu vindicaverit*, atqve hæc ſunt (1) Cujusdam Poloni *Johannis* nominati: & alterius (2) Anonymi, *Dlugoſſo* antiqviorum, duo Chronica Polonica, illud anno 1359 & hoc exeunte ſeculo decimo qvarto ſcriptum, (3) *Johannis* Archi-Diaconi Gneſnenſis Chronicon Cracovienſe, ad annum 1395. (4) Sigismundi *Rozycii* Auguſtiniani *Vratisl.* & (5. 6) *Dlugoſſi* noſtri duplex *opus de vitis Epiſcoporum Smogorzevien- Rydzynen- & Vratislavienſium* ab anno 965 ad annum 1539, & tandem (7) Chronicon Polonicum a *Boguphalo* II armorum *Poray* Epiſcopo 21 Poſnanienſi conſcriptum ad annum 1253 & a *Godzlavo Baczkone* Cuſtode Poſnanienſi ad annum 1272 (non 1370 ut *Hoppius* errat) continuatum, qvod ſub nomine ſolius *Baczkonis* ſive *Baſzkonis*, ſine ulla *Boguphali* (ex inſcitia) mentione hucusqve *Varſevitius*, *Hartknoch*, *Chwalkowski*, *Hoppius*, & alii citarunt: fatentes, qvod id *per traditionem ac fide aliorum* fecerint, nec unqvam hoc manuſcriptum oculis ſuis creverint, illudqve jam interiiſſe exiſtimaverint. Nam a tempore Felicis *Herburti* Caſtellanidis Sanocenſis, qvi illud anno 1612 habuerat & in præfatione ſua ad hiſtoriam *Cadlubconis* una cum Chronico *Anonymi Galli*, itidem Polonico typis mandare promiſerat, (*nos duos priores Cadlubcone Gallum Anonymum & Baſconem Cuſtodem Poſnanienſem habemus tibi B. L. daturi*) qvæ promiſſio expleta non eſt, *calamum ei de manu excutiente imminentis belli Civilis calamitate*, ad hæc tem-

tempora manuſcriptum illud, *in privato* alicubi abditum *deliteſcebat angulo*, & nunc tandem nobis redditum eſt, *ex cujus contextu intellexi*, hiſtoricos noſtros magno in errore verſari, exiſtimantes, Chronicon *Baſconis* (rectius vero *Boguphali*) prius eſſe Chronico *Cadlubconis*, qvia *Cadlubco* obiit anno 1226, & *Boguphalus* demum anno 1253, & illius Chronicon tantum ad annum 1202 contextum, hujus vero ad annum 1253 & ejus ſupplementum *Baſconis* ad annum 1271. Jam itaqve impoſterum hoc Chronicon non ſub titulo *Baſconis*, qvin potius *Boguphali primitivi Autoris* commemorandum & allegandum eſt, qvia pari modo, ut *Cadlubko*, priores tres libros collegit ex epiſtolis *Joannis* ſive *Janicki* armorum *Gryff* Archi-Epiſcopi Gneſnenſis & *Matthæi* armorum *Cholewa* Epiſcopi Cracovienſis, qvartum tantum ex ingenio ſuo adjiciens; ita *Baſco* hoc Chronicon ſcripſit ex Diario & annotationibus Epiſcopi ſui *Boguphali*, adjuncto tantum ſupplemento octodecim annorum. Ex qvo patet, qvod omnium primi & principes Polonæ Hiſtoriæ Scriptores ſimul fuerint principes hujus Regni Senatores, *Primi Omnium Hiſtoriæ Patriæ Patres*, *Primi Patrii Senatus antiſtites, id eſt*, *Janicus* Archiepiſcopus Gneſnenſis, *Matthæus* & *Cadlubco* Epiſcopi Cracovienſes, *Boguphalus* Epiſcopus Poſnanienſis, *Dlugoſſus* Nominatus Archi-Epiſcopus Leopolienſis, *Cromerus* & *Zaluski* Varmienſis & *Piaſecius* Epiſcopus Premislienſis (*qvod anecdoton litterarium ad Singularia Poloniæ Chwalkovii* addi poteſt.) Habemus itaqve vere hos antiqvos hiſtoricos Polonos, ſed hucusqve non habemus antiqviſſimos; nam incognitos nobis & *Cadlubcone* priores commemorat *Starovolſcius* (*in Hecatontade* pag. 47) *Gallum Anonymum, Andream Strepam* & *Johannem Brigerum*, atqve hæc verba addit, *illos geſta connotaſſe tantum per modum epiſtolarum aut dialogorum, non autem ſtilo hiſtorico ſeriem rerum ſcripſiſſe*; qvibus indicare videtur, qvod illos viderit & legerit. Qvodſi igitur iſtæ hiſtoriæ ante centum annos (nam *Starovolſcius* ſcripſit hoc an. 1625) adhuc videbantur, non deſtituor omni ſpe, qvin & nunc, niſi omnes, tamen qvidam eorum *inter bibliothecarios pulveres ac litterarias qvisqvilias* reperiri poſſint, ſi modo unusqvisqve veterum manuſcriptorum poſſeſſor cum omni induſtria inveſti-

veſtigare aut illa propter ignorantiam Characterum *Gothicorum*, qvi vix legi poſſunt, tranſmittere ad me *haud gravaretur*, qvi *nec ſumtibus, nec labori parcens, hanc meam patriam eo nomine locupletatam volo*.

Idem commemoratus *Somersberg* huic *Scriptorum rerum Sileſiacarum ineditorum* collectioni, adjecit qvoqve *Diplomatarium Bohemico-Sileſiacum*, in qvo multa, qvæ etiam ad Poloniam noſtram pertinent, Diplomata & Privilegia reperiuntur. Cum vero nulli genti magis opus eſt, ejusmodi Diplomatario, qvam noſtræ, qvod ligneæ noſtræ domus ſæpiſſime & fere qvotannis igni abſumuntur, in qvibus juxta cum aliis comparatis rebus, hæ qvoqve membranæ irreparabili damno *in cinerem & favillam* rediguntur; tantis periculis occurrendo *haud ſupervacaneum eſſe cenſeo*, deſcripta ubiqve omnia, qvotqvot in Archivis reperiri poterant, Diplomata, nec non varia fundamentalia Cathedralium & Collegiatarum Eccleſiarum, Abbatiarum, Cœnobiorum, Academiarum, Familiarum eqveſtrium & Vrbium Privilegia & Jura, qvæ vere ſunt *arbor venturis factura nepotibus umbram* ad roborandam ſecuritatem adverſus omnes caſus, nec non *ad formandum* in Cancellaria *ſtylum* atqve ad illuſtrandam ſpecialiſſimam *Hiſtoriam Patriam, jusq; publicum, ne lateant noſtros eximia facta nepotes*, ſub hoc titulo typis mandare:

*Codex Poloniæ, & adjectarum ſubjectarumq; Provinciarum Diplomaticus, qvo ordine chronologico, Ducum & Regum tum & Procerum Poloniæ, Eccleſiarum Metropolitanarum, Cathedralium & Collegiatarum, tum Abbatiarum & Monaſteriorum utriusq; ſexus, ſimul ac Vniverſitatum, Gymnaſiorum & Collegiorum, erectiones, fundationes, dotationes & ampliationes, tum & Matrimoniales, ac emptionis, venditionis & commutationis contractus, literæ clientelares, Nobilitationes ad aliqvem Gradum evectiones &c. Aliaq; munificentiæ Ducum & Regum Poloniæ, in Eccleſiam, Clerum, Cœnobia, Proceres, Eqvites, ac Cives & incolas, documenta & monumenta exhibentur.*

Neqve minus neceſſaria nobis eſt *collectio omnium pactorum pacis, & fœderum cum Regno Polon. vel adjacentibus provinciis, & finitimis*

*Principibus & Regibus a condita Republica usqve ad præſentem diem initorum.*

Cum antiqva pacta fere nobis ſint ignota; recentiora vix ullibi reperiunda; recentiſſima variis inſerta libris, iisqve peregrina conſcriptis lingva, *ſummum inqvirenti pariant faſtidium;* jam multa ad talem collectionem pertinentia conſarcinavi, qvædam tamen mihi deſunt. Qvare *ad perficiendum hoc opus, decori gentis, bonoq́ publico nuncupatum*, unice deſideratur iſtorum opera, qvi faciles ſe præſtent in communicandis ejusmodi documentis. Qva re incitatus, conabor, *ſi vita comes fuerit*, colligere *Corpus Hiſtoriæ Eccleſiaſtico-Polonæ* ſecundum conſpectum infra exhibendum. (vid. lit. C.) In his lucubrationibus ſupra commemoratis, non *vanam gloriolam, nomenq́ inane (crimen immane)* ſed potius *bonarum literarum incrementum, Patriæq́ emolumentum* qværo; meqve non tam autoris (*nam id vires ferre recuſant*) verum Collectoris *vices ſuſtinendo*, totum trado & conſecro: *forti, ut morti dilectioni ſvaviſſimæ patriæ, labores ſudoresq́ meos, iisq́ ad Cleanthis lucernam immorari & immori peropto.*

Hujus collectionis initium facio a *Biblictheca Polono-literaria*, qva collecta & in ordinem redacta, notitia clarior evadet Autorum, qvibus mihi opus eſt, & ſcriptorum Polonicorum & exterorum *de rebus Polonis Eccleſiaſticis ac Civilibus* agentium, ſine quibus *haurienda eſſet aqva cribro*, eaqve faciliorem mihi reddet compilationem, nam in illis *ſvavius ex ipſo fonte* (autorum *ex profeſſo* de re aliqva agentium) *bibentur aqvæ.* Iſta collectio autorum Polonorum ſupra annum 1700 non protenditur (qvemadmodum ſupra commemoratum eſt). Hinc difficilior mihi erit recentiorum ac noviſſime editorum librorum indagatio, qvam antiqviorum, qvos vel ex multis autoribus, vel ex variarum exterarum Bibliothecarum & Civitatum Pruſſiæ Catalogis auctionis lege diſtrahendis facile cognoſcere potui; minime vero recentiores (qvoniam deſtituimur Catalogis annuis, qvales prodeunt in Germania, in *Nundinis Lipſienſibus, & Francofurtenſibus*, nec non *Ephemeridibus literariis*, vel *Eruditorum* Diariis, qvales nunc in aliis regnis exeunt in vulgus ſub titulo *Bibliothecæ Anglicæ, Bibl. Italicæ,*

*Bibl.*

*Bibl. Germanicæ, Bibl. Gallicæ, Bibl. Belgicæ &c.)* Ne vero qvid deeſſe videatur, conficitur ſpeciatim *Auctuarium Bibliothecæ* ab anno 1700 usqve ad a. 1730. Qvo facilius autem hoc perfici poſſit, enixe rogo ac oro Præfectos Typographiarum in Pruſſia & Polonia degentes, utpote 1) *Academiæ Cracovienſis: 2) Matyaſzkiewiczii: 3) Cezarii: 4) Samoſcenſis: 5) Varſavienſis Piarum Scholarum 6) & Soc. Jeſu: 7) Vilnenſis S. J. & 8) Franciſcanorum: 9) Leopolienſis S. J. & 10) Archiconfraternii S. Trinitatis: 11) Poſnanienſis Academiæ: & 12) Soc. Jeſu: 13) Lublinenſis: 14) Caliſſienſis: 15) Sendomirienſis S. J. 16) Brunsbergenſis: 17) Częſtochovienſis: 18) Olivenſis: 19) Supraslienſis: 20) Gedanenſis: 21) Thorunienſis: 22) Elbingenſis: 23) Regiomontanæ: 24) Brigenſis & 25) Leſnenſis;* ut collectis *cujusvis argumenti & idiomatis* Voluminibus & *minutiſſimis etiam,* nulla excepta, *opellis,* accurate & *fuſiſſime* notatis ab anno 1700 ad hunc usqve diem in Typographiis ſuis typis impreſſis, easdem ad me transmittere velint; atqve ex talibus annotationibus facile generalis ordine Alphabetico diſpoſitus Autorum & argumentorum inter ſe connexorum Catalogus confici poteſt ab a. 1700 usque ad annum 1730 incluſive.

Qvod vero attinet ad noviſſimas lucubrationes anni 1731. & reliqvorum, eorum (*in defectu periodice* prodeuntium ad modum exterorum *Eruditorum* Diariorum) ſylloge annua, titulos tantum complectens, ineunte qvovis anno in Novis Publicis Varſaviæ typis impreſſis, prodibit in lucem; Secutus autorem P. *Ludovicum Carolum a S. Jacobo* Carmelitam, cujus qvoqve annuos librorum Gallicorum catalogos *per totum decennium* i. e. ab a. 1643 usqve ad an. 1653 habemus ſub titulo *Bibliographiæ Pariſinæ;* item ad modum *Catalogorum* in Germania exeuntium, *Vniverſalium* in nundinis *Lipſienſibus* & *Francofurtenſibus* publicatorum, nec non Novorum Publicorum *Hamburgenſium* Petri Ambroſii *Lehmanni* a. 1699. usque ad a. 1707. tum & *Regiomontanorum* Latinorum Samuelis *Strimeſii*, qvibus in fine ſeries librorum & diſſertationum *intra decurſum anni* divulgatorum adjecta eſt. Qvo vero facilius *ad notitiam deveniant* noviſſime prodeuntes ab iſto tempore lucubrationes, omnes ac ſingulos in qvacunqve

materia librorum autores rogito, ut unum operis ſui exemplar ad meam Bibliothecam *tanqvam ad proxime futurum, publico bono patens, Reipublicæ Literariæ ſacrarium*, mittere velint, *ſalva nihilominus compenſatione.*

Ne vero tituli librorum a præfectis Typographiarum *perperam & hallucinanter, absq; die & conſule*, ut fieri ſolet, ſed accurate & ordinate conſcribantur, infra (v. lit. D.) dabo *ſpecimen methodi apud me receptæ* in conficiendo Catalogo Bibliothecæ meæ (qvi etiam brevi tempore typis impreſſus prodibit in lucem) in qvo conſpectus qvorundam præcipuorum librorum ab viris Secularibus & Sacerdotibus inprimis Secularibus *utroq; idiomate* ab a. 1700 evulgatorum, qvo ii, qvi in Monaſteriis vitam agunt, eo incitentur mecum communicare eandem ſeriem librorum, qvi magno numero a fratribus ſuis eduntur in lucem.

*His te præmonitum volui, Erudite, Vtinam!*
*Et Benevole Lector, neſcius ne eſſes. Ergo igitur*
*His votis, omnibusq; bonis, precibusq; vocatus*
*Appropera, fave, fruere, vive, vale.*

Liter. A.

# SYLLOGE AVTORVM,

QVI

# DE VITA ET SCRIPTIS ERVDITORVM CVJVSCVNQVE NATIONIS, REGNI, PROVINCIÆ VEL CIVITATIS

EX PROFESSO QVOVIS IDIOMATE SCRIPSERVNT.

Vt initium faciam a ſancta lingva & vita ſcriptisqve Rabbinorum (*Hebræorum*) monumentis literariis illuſtrium, eos recenſuit Julius Bartoloccius, Carolus Imbonatus & Joannes Chriſtophorus Wolffius. *Orientalium regionum* Autores collegerunt Bartholomæus Herbelotus & Joſephus Aſſemannus, *Arabum* vitas perſecutus eſt Leo Africanus, *Græcorum* Leo Allatius, Chriſtianus Bœrnerus, Joannes Albertus Fabricius, Gerhardus Voſſius, Martinus Hanckius, Bernhardus Mallincrot, Ludovicus Creſollius, Laurentius Lundius & Paulus Vindingius; *Italorum* vitas in genere deſcripſerunt in Mſc. Xicchus Polentinus & Angelicus Aproſius, & in libris typis impreſſis Antonius Franc. Doni, Jacobus Phil. Thomaſſinus, Joannes Imperialis, Benedictus Accoltes, Joannes Nicius Erythræus (i. e. Joannes Victorius Roſſi) & Gregorius Letus; item Galeatius Gnaldi Prioratus, Joannes Faber, Scipio Maffæus, Joannes Matthæus & commemoratus Bœrnerus. *Academicorum Italorum in genere* Joannes Malateſta Garuffi & Joannes Jarckius, *Neapolitanorum* Nicolaus Toppi cum additamentis Antonii Magliabecchi & Lenardi Nicodemi, Academicorum vero ejusdem urbis Petrus Laſenus, *Siculorum* Antonius Mongitoris, Philadelphus Magnus, Hieronymus Renda Raguſa, Antonius Agras Aloiſius la Farina, Auguſtinus Inveges, Joannes Vigintimillius; Petrus vero Carrera & Carolus de Napoli in Mſc. *Venetorum* Jacobus Albericus & Auguſtinus Superbus; *Academic.rum* autem ejusdem urbis, qvi *Incogniti* appellantur, Anonymus (Hieronymus Bruſonus), item eorum, qvi *Peregrini* vocantur, Antonius Fr. Doni;

*Genuenſium* Auguſtinus Oldoinus, Michael Juſtinianus, Raphael Soprani, Vbertus Folieta, Jacobus Bracellus; *Lombardorum* Dominicus Andreas Rovetta; *Sabaudorum & Pedemontanorum* Franc. Auguſtinus & Andreas Roſſottus. *Romanorum* eruditorum vitas monumentis mandavit ſupra memoratus Oldoinus, Proſper Mandoſus & Leo Allatius; *Florentinorum* eruditionis floſculos ſparſit Julius Negri, Michael Pocciantus cum Luca Ferrino, Pratus Franc. Bocchus & in Mſc. Joannes Ginellus; *Academicorum* vero ejusdem urbis, qvi *Arcades* vocantur, Salvianus Salvini, Joannes Marius Creſcimbenus & commemoratus Magliabecchius; *Siennenſium* Iſidorus Vgurgierius & Hieronymus Gigli (Lilius) & *Academicorum* ejusdem urbis, qvi *Intronati* dicuntur, Anonymus; *Mediolanenſium* Philippus Pitinellus, Bartholomæus Corte & Joannes Sylvaticus; *Bononienſium* Bartholomæus Galleottus, Ovidius Montalbanus (i. e. Joannes Antonius Bumaldus) Nicolaus Paſchalis Alidoſius, Pellegrinus Orlandus, Jacobus Barbierius, Joannes Hyacinthus Voglius & Angelus Gaggius; & *Academiæ* ejusdem civitatis, qvæ *Inſtitutum artium* appellatur, Sociorum H. P. de Limiers; item *Academicorum*, qvi *Gelati* vocantur, Joannes B. Capponus. *Pavianorum* Academicorum Antonius Gattus; *Spoletanorum* Ludovicus Jacobillus; *Patavinorum* Jac. Phil. Thomaſinus, Carolus Patinus, Antonius Riccobonus, Bernardus Scardeonius & Joannes Cavaccia cum Jacobo Zabarella; *Veronenſium* Gabriel Chioccus, Julius a Puteo & Torellus Sarayna; *Bergamatum* Donatus Calvus; *Brixienſium* Leonardus Cozandus & Octavius Roſſus; *Peruſinorum* Cæſar Alexius & commemoratus Oldoinus & Jurisperitorum ejusdem urbis Anonymus in Albo Jurisc. *Cremonenſium* Franciſcus Ariſius; *Marſiorum* Petrus Corſignanus; *Salentanorum* Dominicus de Angelis; *Beneventanorum* Joannes de Nicaſtro; Academicorum *Regionenſium* Joannes Guaſco; *Ferrarienſium* Auguſtinus Superbus & Hieronymus Baruffaldus; *Parmenſium* Ranutius Picus, & in Mſc. Joſephus Breſſianus & Laurentius Legatus.

*Gallorum* viros eruditos, in genere ſvaveolentibus inſperſere liliis Franciſcus Crucimanius (de la Croix du Maine), Antonius Verdier,

Clau-

Claudius Fauſchet, Antonius Mornæ, Gabriel de la Roche, Mailletus, Carolus Perraultius, Paulus Colomeſius, Andreas & Franciſcus du Cheſne, Jacobus le Long, Andreas du Sauſſay, Hermannus Meibomius, Carolus Sorellus & Scævola San-Marthanus. In ſpecie vero *Burgundiorum* Philibertus de la Mare; *Delphinatum* Gvido Allardus; *Aqvitanorum* Gabriel Lurbeus; *Pariſinorum* Joannes Lavonius & Georgius Wallinus; Doctorum vero Theologiæ *Sorbonenſium* ibidem Cæſar Egaſſius Bulæus & *Nawarræ* Joannes Launoius; *Medicorum* autem Robertus Patinus, *Academicorum lingvæ Gallicæ* Paulus Peliſſonius; *Academicorum ſcientiarum & artium* Joannes B. du Hamel & Bernardus de Fontenelle; *Academicorum* vero *pictorum & ſculptorum* N. Gverinus; nec non *Carnotenſium* Joannes Liron; *Cabilonenſium* Ludovicus Jacobus a S. Carolo & Claudius Perry; *Sveſſionenſium* Julianus Hericurtius; Academicorum *Maſſilienſium* Joannes Caſpar Kuhnius & *Montis-Peſſulani* Jacobus Primeroſius & Joannes Stephanus Strobelbergerus.

*Hiſpanorum* vitas conſignarunt Nicolaus Antonius, Alphonſus Garcias Matamorus, A. S. Peregrinus (i. e. Andreas Shottus), Valerius Andreas Taxander (i.e. Deſſelius), Ludovicus de Salazar & Gerhardus de Franckenau. At vero Academiæ *Salamanticæ* Joſephus Saenz de Agvirre & *Valentienſium* in ſpecie Joſephus Rodriguez, cujus opus eſt recentiſſimum; nam ante tres menſes exiit in lucem.

*Luſitanorum* vitas egregie deſcripſit Emmanuel de Faria.

*Anglorum* vitas enarravit Joannes Lelandus, Joannes Baleus, Jacobus Pitſeus, Henricus Holland, Samuel Clarkius, Martinus Kempius, Thomas Smith, Wilhelmus Winſtanley, Joannes Princius, Wilhelmus Nicholſonius, Hermannus Meibomius, Thomas Baſſe, Wilhelmus Cooper, Carolus Gildonus & Henricus Ludolph. Benthemius & actu deſcribit Thomas Tannerus. *Scotorum* Georgius Mackenziens & commemoratus Nicholſonius. *Hibernorum* Jacobus Waræus; & in ſpecie Academicorum *Oxonienſium* Antonius a Wood, *Cantabrigienſium* Anonymus, Nicolaus Cantalupe & Richardus Parckerus, & Academicorum *Societatis Londinenſis* Thomas Sprats.

*Germa-*

*Germanorum* vitas in genere perſecuti ſunt Joannes Trithemius, Melchior Adamus, Henningius Witte, Henricus Pippingius, Georgius Henricus Gœtzius & Reinhardus Henricus Rollius, item Henricus Pantaleon, Hieronymus Zieglerus, Godofridus Hecht, Chriſtianus Leporinus, Cornelius Loos Callidius, Michael Hertzius, Caſpar Sagittarius & commemoratus Meibomius; *Academicorum* vero, nempe *Societatis Fructiferorum* Anonymus & Georgius Neumarck, *Academiæ Leopold. linguæ Germanicæ* Joannes Caſpar Jungmichel & Philippus Zeſen, *Academicorum Naturæ Curioſorum* Anonymus, & Georgius Wolfgangus Wedelius, & *Societatis Literariæ Berolinenſis* Anonymus. In ſpecie vero doctorum virorum *Weſtphalorum* deſcripſit vitas David Chytræus, Joannes Caſſelius & Hermannus Hammelmannus; *Hannoveranorum* Philippus Braſſeus; *Svevorum* Georgius Serpilius; *Luſatorum* Petrus Jænichius & Matthias Hanſi; *Heſſorum* Emmanuel Weber & actu colligit Joannes Kalckhofius; *Miſnenſium* Petrus Albinus, Joa. Chriſtianus Knaut & Joa. Burchardus Mencke. *Wetteravorum* Joannes Adamus Bernhardus; & *Francorum* Joannes Bartholomæus Lenzius; item *Auguſtanorum* Joa. Chriſtianus Wendlerus; *Norimbergenſium* Daniel Wilhelmus Mollerus & Fridericus Roth-Scholtzius; *Hamburgenſium* Joannes Albertus Fabricius, Petrus Ambroſius Lehmannus & Anonymus *in Hamburgo litterato*; *Bremenſium* item Anonymus *in Brema litterata*; *Lubecenſium* Jacobus a Melle & Joa. Henricus a Seelen; *Dreſdenſium* Chriſtianus Schlegel; *Naumburgenſium* Joannes Martinus Schamelius; *Altenburgenſium* Fridericus Gotterus; *Brunſvicenſium Faſtorum Literariorum* collector eſt Melchior Neophanius; *Pirnenſium* Chriſtianus Wiliſch; *Grimmenſium* nec non *Waldeccenſium* Henricus Schumacher; *Bornenſium* Joannes Gottlieb Lucius; *Sonnenburgenſium* Anonymus; *Parchimenſium* Jacobus Mentzelius; *Stendalienſium* Julius Rudemannus; *Baruthinorum* Jacobus Haſæus; *Aſcaniorum* nec non *Halberſtadienſium* Jacobus Fridericus Reimannus; *Haldeslebienſium* Sebaſtianus Nathanael; *Roſſvinenſium* Joannes Mullerus; *Cygneorum* Joachimus Fellerus & Pancratius Caſtricomius; *Güſtrovienſium* Fridericus Thomas; *Stadenſium* Joannes

Hen-

Henricus a Seelen; *Nordhuſinorum* Joa. Henricus Kindervatterus; *Soravienſium* Joannes Samuel Magnus; *Quedlinburgenſium* Chriſtianus Leporinus; *Erfurtenſium* Motſchmannus; *Gothanorum* Joannes Gliaſius; *Hamelenſium* Ludovicus Schumacher. Tandem *Academicorum Viennenſium* in theatrum orbis literarii vitas protulerunt Georgius Ederus & Anonymus in *Calendario Academico*; *Heidelbergenſium* Franc. Junius; *Ingolſtadenſium* Vitus Jacobæus; *Molsheimenſium* nec non *Oſnabrugenſium* Anonymi P. P. Societatis Jeſu; *Lipſienſium* Emmanuel Weber, Joannes Burchardus Mencke, Chriſtianus Blumius, Henricus Pippingius & Joachimus Joannes Maderus; *Wittebergenſium* Godofredus Svevus, Joannes Biſmarcus, Ludovicus Fiſchlinus & Andreas Sennertus; *Jenenſium* Adrianus Bayer, Joannes Caſparus Zeumer, Bartholomæus Chriſtianus Richardus & Joannes Antonius Strybberg; *Argentoratenſium* Franciſcus Baluvinus; *Helmſtadienſium* Gebhardus Theodorus Meierus & Juſtus Chriſtianus Brehmer; *Tubingenſium* Erhardus Cellius & Joannes Jacobus Moſerus; *Gieſſenſium* Joannes Juſtus Piſtorius & Joannes Tackius; *Marpurgenſium* Petrus Nigidius, Joannes Henricus Schminckius & Arnoldus Mauritius Holtermannus; *Altdorffienſium* Fridericus Roth-Scholtzius, Joannes Mauritius Leubingerus, Sigismundus Jacobus Apinus, Andreas Dinner & Euſtachius Georgius Zeltner; *Roſtochienſium* A. D. H. id eſt Andreas Daniel Habichorſt; *Rintelenſium* Fridericus Wilhelmus Bierling & Jacobus Eichrodius cum Juſto Reifenbergio & Petro Finxio; *Francofurtanorum ad Oderam* Joannes Chriſtianus Becmannus; *Hallenſium* Joannes Petrus Ludewig; *Coburgenſium* Godofredus Ludovici; *Annæbergenſium* Joannes Dietericus & Chriſtianus Wiliſchius; & *Arnſtadienſium* Chriſtianus Michael Friſchbach.

*Belgii Auſtriaci* & *Fœderati* eruditos ad perennaturæ culmen evexere gloriæ Franciſcus Swertius Valerius, Andreas Deſſelius, Adrianus Pars, Aubertus Miræus, in bino opere & Henricus Ludolphus Benthem; *Hollandorum* vero & *Seelandorum* Pancratius Caſtricomius; *Flandrorum* Antonius Sanderus; *Friſiorum* Suffridus Petri & Martinus Hamconius. In ſpecie autem *Atrebatum* Ferieolus Locrius; *Gandavenſium*

*venſium* & *Brugenſium* ſupra memoratus Sanderus; item *Academiæ Lugdunenſis* tres Anonymi *in Alma Academia, Iconibus, & Effigiebus Academiæ Lugduno-Batavæ*, & Joannes Meurſius; *Lovanienſis* Nicolaus Vernulæus & commemoratus Deſſelius; *Grœningenſis* Anonymus & *Franeckeranæ* Henricus Antonius Nerdenius.

In *Helvetia* vitas *Baſileenſium* perſecutus eſt Petrus Ramus; *Genevenſium* Jacobus Lectius, & *Tigurinorum* Joannes Henricus Hottingerus.

*Svecorum* vitas expoſuit in genere Joannes Schefferus, Nicolaus Dal & N. Stiernhielm, & actu exponit Joannes Groningus; in ſpecie vero *Holmienſium* Anonymus in *Holmia literata*, & *Aboenſium* Andreas Stiermannus.

*Danorum* doctorum vitas recenſent Albertus Bartholinus & Bernhardus Raupachius; & egregiè actu eosdem recenſet Joannes Bircherodius Epiſcopus Aalburgenſis; in ſpecie vero *Norvegorum* vitas Nicolaus Sibber collegit & adhuc colligit Michael Leigh; *Holſatorum* & *Sleſvicenſium in bino opere* Joannes Mollerus; *Academiæ* vero *Hafnienſis* Eraſmus Vindingius.

*Vngarorum* eruditorum vitas conſcripſit David Czwittingerus.

In *Bohemia* Academiæ *Pragenſis* viros eruditos candido notavit lapillo Georgius Weiſs; & tandem

*Brandeburgenſium* viros eruditos evolantes in altum irretorta pupilla perſecuti ſunt Martinus Seidel & Georgius Petrus Schultz.

* De *Pruſſis, Sileſiis, Pomeranis* & *Livonis* jam ſupra commemoratum eſt.

Lit.

Lit. B.

# CORPVS SCRIPTORVM

## *RERVM POLONICARVM*

## INEDITORVM,

### *LATINO IDIOMATE.*

1. Conſpectus Scriptorum Hiſtoriæ Polonæ, in tabulas redactus, multisque ad *Hoppii* Schediaſma acceſſionibus locupletatus a Joſepho *Zaluski* R. R.

2. Böhm *Martini, Prof. Thorun.* Additamenta & annotationes ad Sim. *Starovolſcii Poloniam,* ad Edit. Gedan. 1652. collata.

3. Święcicki *Sigismundi* A. F. Deſcriptio Ducatus *Maſoviæ* ad Stan. *Lubienski* Ep. Plocen. Sitnii. 1634, 2 Junii miſſa.

4. Lanckoronſki *Nicolai, Cap. Dobrzyc.* Deſcriptio Imaginis Thaumaturgæ B. V. M. *Częstochovienſis, Ill. Author, dum in diverſas partes orbis, legationem, præcipue in Germaniam obiret, rem totam, quaſi in ipſo fonte, nimirum in ipſa urbe Cpolitana, ubi perplura tempora, prædicta imago celebris habebatur, inſtinctu Sigismundi I. explorandam cenſuit.* Ita de hoc Scripto *Goldonowski* in Diva Clar. p. 8.

5. Długoſſii *alias Longini Joh.* Vitæ & res geſtæ Archiepiſcoporum *Gneſnenſium,* usque ad Jac. *Sienienski,* Eidem Dedicatio inſcripta, quæ incipit: *Luce Sapientiæ clareſcente (fin.) circa Grzegorze oppidum fundavit.*

6. *Anon.* Synopſis rerum geſtarum Archiep. Gneſn. usque ad Stan. Karnkowſki incl.

7. *Anon.* vitæ & geſta Epiſcoporum ſingulorum Eccleſiæ *Cracovienſis* usque ad *Konarski* incl. Inc. *Aeterni miſeratione Patris (fin.) ſepulchro ſuo novo ſepultus.*

8. Załuſki *Joſ.* Vitæ & res geſtæ Epiſcoporum *Poloniæ,* illarum præciſe Diœceſium, quæ ſuos peculiares hucusque non obtinuerunt Scriptores, nempe *Luceorienſem, Premisl. Culmen. Kiiovien. Camenec.* & *Livoniæ.* (Jam enim deſcriptos nobis præbuere, *Gneſnenſium*

Damalewicz, *Leopolienſium* Scrobiſſevius, *Cracov.* Starowolſki, & Benedictus a S. Joſeph. *Vladislav.* idem Damalewicz, *Poſnanien.* Dlugoſſus cum continuatione Brzezmeckii ex edit. Treteri & Załaſzowſki, *Plocenſium* Lubienſki, *Varmien.* Plaſtwig & Treterus, tum & *Chelmenſium* Piechowſki.)

9. Komorowſki *Joh. Ord. Min.* Tractatus Chronicæ FF. Minorum de Obſervantia, a tempore *Conſtantienſis* Concilii & ſpecialiter de Prov. Poloniæ. Inc. *Memento dierum antiquorum.* (Hæc Chronica citat Mart. Baronius in vitis S. Fratrum Polonorum p. 7.)

10. *Anon.* Præconia Regum Poloniæ a *Lecho* ad *Ziemomyslaum*, ſtylo elogiaſtico.

11. Załuſki *Joſ. Filii*, Heroum Decora ſeu Elogia Principum Regiorum Poloniæ (ad normam P. *Ines* Lechiadis Regum Pol. & *Kochowski* Hypomnematis Reginarum Pol.)

12. Paſtorii *ab Hirtenberg Ioachimi*, Epitome Chronici *Pruſſiæ* ex Caſp. *Schützio* præcipue & Caſp. *Henneberger*o extracta. Inc. *Mari Balthico ſedit nomen ab Inſula Balthia.*

13. *Ejusdem*, Fragmentum de rebus *Pruſſiæ* conſtans capitibus IX. Inc. *Pruſſorum antiquæ res, diu extra lucem literariam poſitæ, manſere in obſcuro.*

14. *Anon.* Fragmentum Hiſtoriæ Jagiellonicæ. Inc. *Poloniam principio Indigenæ Reges habuere, pretium externo ſangvini, primus fecit Ludovicus.*

15. *Anon.* Comparatio propinqvitatis *Jagiellonicæ* inter Ducem *Neoburgium* & Principem *Lotharingiæ.*

16. Orzelſki *Sventoslai Jud. Caliſſ. Capit. Radziej. an. 1582. Eqveſtris Mareſchalci poſtea.* Hiſtoria interregni Poloniæ, poſt obitum *Sigismundi Auguſti* in electione *Henrici* ad Petrum *Czarnkovium* Caſtel. Poſnanienſem avunculum ſcripta. (De qua *Groddecki* pag. 39. Sched. n. 2.)

17. Kobierzycki *Stan. Palat. Pomer.* Pars *2da* Hiſtoriæ Vladislai IV. ſive de ejus poſt adeptam Regiam dignitatem rebus geſtis. (*1. Pars edita eſt Dantiſci 1655*, quam *Conringius*, Livianum candorem &

uber-

ubertatem exprimere judicat rectiſſime. Hanc vero 2. *Partem* fato præventum Authorem non abſolviſſe, hucusque cum *Hoppio* [in ſchediaſm. pag. 30] opinantur omnes.)

18. Pr. Radivilii *Albrachti Stan. Cancell. M. Lith.* Memoriale rerum geſtarum in Polonia, a morte Sigism. III. inchoatum & continuatum ab a. 1632 ad 1655. (Eſt per modum Diarii in menſes & dies diſpoſitum. *Tokarski* in vita Authoris ita præfatur de hoc Chronico: *Perennem ſuarum lucubrationum, præ cæteris impreſſit, reliquit memoriam, in Chronico, ſeu diario, ad inſtar Piaſecii confecto. At eheu! dolendum, quod hoc opus mſc. in privata quapiam Bibl. deliteſcat, & cum tineis & blattis decertet.)*

19. *Ejusdem* Tres Epiſtolæ Hiſtoricæ de rebus geſtis, Sigismundi III. Vladislai IV. & Joh. Caſimiri. (Videtur eſſe prioris Epitome eſtque elegantiori ſtylo ſcripta.)

20. Paſtorii *Joachimi*, Epitome rerum geſtarum, in Europa præcipue vero *in Polonia*, annis 1665, 1666 & 1667. Hoc opuſculum non niſi poſt obitum ſuum edendum fore, fatidico ſpiritu prædixerat Author, in ſua Epiſtola ad Andream *Zaluski* Ep. Varm. 1665, 25 Nov. ſcripta. Hæc noſtra, quæ parata & recognita habemus, in tenebris deliteſcere coguntur, & fieri facile poſſet, ut parens eorum prius lumen ſolis adſpicere deſinat, quam illa excipiant.

21. Kwiatkiewicz *Joh. Soc. Jeſu*, Bellorum & triumphorum Johannis III. Sobieſki Elogiaſtica deſcrlptio, titulo: *Faſtorum Triumphalium* 3 Partes. 1) continet Laureas Scythicas, 2) Laureas Ottomanicas, ſ. Victoriam Chocimenſem, 3) Laureas Regales. Inc. *Bella Ducis antea nunc Regis, mihi triumphale calami argumentum, ne, cum annis ſitum capiat, geſtorum nitor.* Tertiam partem totam inſeruit Andreas *Zaluski* Tomo 1. Epiſt. H. F. a pag. 554 ad 619.

22. Cricii *i. e. Krzycki Andreæ dein Archiep. Gneſnen.* Deſcriptio prælii, quo Tartari a Polonis cæſi ſunt, an. 1512, die S. Vitalis ad Wiſniowciam & Fl. Horyniam ſub Regimine Bellico Pr. Conſtantini *Oſtrogii.*

23. Tomicki *Petri Epiſc. Crac.* Epiſtolæ, Legationes, Reſponſa, Acti-



ones,

ones, Resque geſtæ ſub ejus Procancellariatu ſub Sigiſmundo I. annis 1534 & 1535. Tomus 14. & 15. cæteri priores deſiderantur. 2 Volumina in folio ex Bibl. Stan. *Karnkowski* Primatis.

24. *Anon.* Germanus, ſive de *Henrici* R. Pol. in Galliam diſceſſu & certa reditus ejus ſpe, ſcriptum Pariſiis affixum, auctore, ut apparet, Gallo. Inc. *Egregiam vero mercedem.*

25. Rakowſki *Joh. Alb. Theſaur. Curiæ Litv.* Diarium Legationis Anglicanæ a 1 Aug. ad 6 Oct. 1628. Inc. *Quandoquidem ex induciis.*

26. Zawadzki *Joh. Capit. Svecen. Camerarii Regii*, Deſcriptio itineris & legationis, qua nomine Vladislai IV. functus eſt, ad Principes Germaniæ, Reginam Sveciæ, Reges Angliæ & Bohemiæ, & Prov. Fœd. Belgii anno 1633.

27. *Anon.* Series Obſidionis *Cracovienſis*, a *Sveco*, ſub an. 1655, a 25 Sept. inchoatæ & usque ad 19 Oct. ad deditionem ejus continuatæ. Inc. *25 Sept. Seren. Rex Pol.*

28. Kącki *Chriſtoph.* Quædam notabilia Polonica.

29. *Anon.* Varia curioſa ad ſtatum pol. neceſſaria.

30. *Anon.* de Tranſitu & dormitione Stan. *Hoſii* Card. Maj. Pœnitentiarii & Ep. Varmien. ad Joh. *H ſium* Fratrem ejus Epiſtola Romæ 1579, 17 Cal. Sept. Inc. *Jam aliquot menſes interceſſerunt.* Forte eſt Stan. *Reſcii*, non reperitur tamen inter Epiſtolas editas.

31. Arriglis *Laur. Bononienſis Crucigeri* Elogium Card. Stan. *Hoſii*. Inc. *Quam peramplæ.*

32. *Anon.* Vita Card. Mich. *Radzieiowski.* Inc. *Ortus in peramplisſimis.*

33. Orichowſkii *Stan. Canon. Premisl. Hiſtoriographi*, & ut illum *Reſcius* vocat, Poloniæ noſtræ Demoſthenis vita propria, ad Card. *Commendonum* Legatum Pol. ſcripta *Radimnæ* 1564, Dom. 2 Adv. cum adjectis 6 Epiſtolis ejusdem. (*fin.*) *Homo tibi deditus, ac Eccl. Cath. germanus filius, non manſer, St. Orichovius Sacerdos legitime vocatus.*

34. *Anon. e Soc. Jeſu*, Idea Chriſtiani Principis in Nic. Chr. Radziwił Pal. Viln. Collegii Neſviſien. *Soc. Jeſu* Fund. ſtylo ſimplici adumbrata, atque in vitæ compendio propoſita, a. 1700.

35. *Anon.* Liber Geneſeos Illſſimæ Domus Szydłoviecciorum, a. 1531.

36.

36. Woienſki *de Brzezie, Stanislai, Archid. Pilecenſis*, Flamma rediviva e buſtis & cineribus atavorum erumpens, olim factis, nunc exemplis *Lanckoronſciorum* & *Woienſciorum a Brzezie* Domum (ejusdem cum familia Gallica *de Brzezie* originis) colluſtrans, ex veterum Hiſtoriis, antiquis documentis, Imperatorum, Regum, Principum privilegiis excitata 1652.

37. *Anon.* Anecdoton Politicum de ſtatu & forma Regiminis *Poloniæ*, cum adjectis ad marginem ſententiis politicis Lat. Hiſpan. idiomate exaratis. Inc. *Viciſſitudinum humanarum illa eſt natura.* §. 1. Forma Reip. Polonæ, 2. Regni ſtatus modernus, 3. de Regis electione, 4. de modo & ordine electionis, 5. de concordi electione. (*fin.*) *Conſecrabimus. Annuat Deus huic voto.*

38. *Anon.* De corrigendis defectibus in ſtatn Reip. Polonæ, Diſcurſus 35 libris VI comprehenſi 1708.

39. Fredro *Andr. Maximil. Palat. Podoliæ*, Militarium ſeu Axiomatum belli ad harmoniam Togæ accommodatorum. Pars 2. continens praxin militarem. Prima pars prodiit Amſtel. 1668 in 4. (Autographum extat apud Ill. Dn. Lączynſki Vexillif. Zydaczev.) Item ejusdem Fragmenta oratoria.

40. Index Numiſmatum, pelvi argenteæ deauratæ inſertorum, ex cimmeliarchio Joh. Stan. Sbąſki Epiſc. Prem. Extr. Poloniæ Legati *Romæ* ſcriptus.

41. *Anon.* Alluſio in Panegyricum Samuelis *Hartliebii* (id eſt Jo. Amos *Comenii*) *Carolo Guſtavo R. Sveciæ* Poloniam aggredienti ſcriptum 1657. (qui poſtea creditur *Leſnenſis* excidii cauſa fuiſſe.) Differt ab *Apologetico* typis edito, de quo *Hoppius* p. 91. Inc. *Portentoſe Septemtrionis accola.* Eſtque dicata Joh. *Potulicki* S. R. M. Colonello.

42. Epiſtolæ Sigismundi III. R. Pol. ad Reges, Principes & Proceres exteros, ordine Chronologico diſpoſitæ.

43. Hoſii, *Stan. Card. Ep. Varm.* Epiſtolæ plures ineditæ.

44. Reſcii *Stan. Abb. Andreov. Internuncii Neapolitani*, Epiſtolæ aliquot ineditæ, quæ non reperiuntur in 2 Tomis Epiſtolarum Ejusdem Neapoli 1594 in 8. editis.

45.

45. Paſtorii *Joachimi*, 22 Epiſtolæ ſacræ ad quosdam Principum Proteſtantium certa occaſione ſcriptæ. His annexa ſunt aliqua alia Fragmenta Theologica, id eſt 1. Diſſertatiuncula de privato judicio, 2. Rationes pro Præſide Sacrorum, 3. Epiſtola ad amicum, 4. Epiſtola Apologetica, qua Sfortiæ Pallavicini Cardinalis de Concilio Tridentino opus, contra Pauli (*Sarpii*) Servitæ propugnationem, defenditur.

46. Cricii, *Andreæ Archiepiſc. Gneſn.* Poemata omnia, quotquot extant; tum & Epiſtolæ ad imitationem Ovidii ad amicos conſcriptæ ac alia opuſcula minutiora a Joſ. *Zaluski* recognita, recenſita & in certas claſſes diſpoſita. *Starowolski* in Hecat. p. 9. teſtatur, *Cricium* conſcripſiſſe *Elegias, Epigrammata, & Librum Epiſtolarum ad imitationem Ovidii ad Amicos.* Hæc tamen omnia hucusque fuere inedita, & cum hac mea collectione, omnino eadem eſſe apparent. Chartophylacium enim, quo in iis recenſendis uſus ſum, caſu reperi, inter quisquilias Cymeliarchii Eccleſiæ *Pultovien.* ubi Authorem commorari ſolitum fuiſſe, dum adhuc Ep. *Plocen.* eſſet, teſtis eſt *Lubinski*; aſt madore putroreque ita exeſum, ut vix legibile appareret, & ita male habitum, ut has, ut ita dicam, *ſcopas diſſolutas*, foliatim & codicillatim, in unam conferre compagem, mihi neceſſe fuerit.

47. Dantiſci *Joh. Epiſc. Varmien.* aliquot poemata ab interitu vindicata ac recenſita a Joſ. *Zaluski.* Prædictus *Starowolski* præmemorato loco teſtatur, *Dantiſcum fuiſſe gravibus poematibus ſcriptis illuſtrem, quorum tamen pars magna prælo non excuſſa, aut jam periiſſet, aut a tineis in Bibl. Ep. Brunsbergenſi corroderetur.*

48. *Anon.* Septem Pſalmi pœnitentiales ad calamitoſum ſtatum afflictæ *Poloniæ* noviſſime accommodati, in quibus introducitur loquens *Polonia.* Ad Joh. *Potulicki* S. R. M. Colonellum. Inc. *Non in terrifico me corripe Chriſte furore.*

49. Callimachi *Experientis de Thedaldis*, Philippi, Florentini, Præceptoris Regis Pol. *Joa. Alberti*, inedita ſcripta ex ipſo, quod apud me aſſervatur, omnium ejus operum autographo deſumta, videli-

cet 1. Præcepta Regi Poloniæ, id eſt, perverſa conſilia de ſtatu Pol. Ariſtocratico in Monarchiam convertendo. Inc. *Pro conſiliis ſecretis.* 2. Conſilium. Inc. *Circa deliberationem in Hungariam.* 3. Biga Epiſtolarum ad Sbigneum de Olesnica Vicecanc. R. dein Card.

50. Brognoli *Benedicti Itali* Epiſtola ad Callimachum de rebus Pol.

51. Stephani *Joa. Prof. Gedan.* Epiſtolographia Polonica a. 1630.

* Jabłonowſki *Joa. Palat. Ruſſ.* Politica mundi per Chriſtum in paſſione ſua confuſa. Opus Aſcetico-Politicum; Opus Polemicum; Apologia Cath. Fidei.

*NB. Hic adjici poterit Mſc. Italicum, quod ex auctione Bibliothecæ Daneſchioldianæ, Hafniæ divendendæ in dies expectamus.* Relazione de Cardinale *Henrico Caetano*, della ſua Legazione in Polonia, Sotto Clemente VIII.

Vltimum ſibi locum vendicabit *Sylloge Scriptorum Publicorum ad Hiſtoriam Polonam ſpectantium*, quorum Farrago immenſa in parte, jam a me collecta, indies vero accreſcens hujusmodi ordine recenſebitur.

1. Orationes Legatorum Polonorum ad exteros Principes & Status dictæ.
2. Orationes Nuntiorum S. Sedis ac aliorum Legatorum exterorum coram Rege & Rep. tum & ſub Interregnis coram Ordinibus, in Senatu habitæ.
3. Epiſtolæ Regum Pol. ad Principes exteros ſcriptæ.
4. Epiſtolæ Principum exterorum ad Reges Pol. ſcriptæ.
5. Epiſtolæ Procerum Poloniæ ad Principes exteros ſcriptæ.
6. Epiſtolæ Principum exterorum ad Proceres Pol. ſcriptæ.
7. Epiſtolæ Polonorum ad viros eruditos, indigenas, vel exteros ſcriptæ.
8. Epiſtolæ virorum eruditorum cujusvis nationis, quovis idiomate ad Polonos ſcriptæ.

Omnes ineditæ, ordineque Chronologico diſpoſitæ, præmiſſis (ſuis tamen locis una cum debitis citationibus annotatis) iis, quæ in Epiſtolis recenter editis S. P. *Clementis XI.* in Epi-

ſtolis H. F. *Zaluſcianis*, tum in Jo. Burchardi *Menckenii* Opuſculo Polono-Epiſtolographico 1703. nec non in Joa. Chriſtiani *Lunig* literis 1712. tum & orationibus Procerum Europæ 1713. ac denique in exaratis Gallico idiomate Commentariis vulgo *Memoires* ad Hiſtoriam XVIII. Sec. Domini *de Lamberti* 1724. edi cœptis &c. &c. jam inſertæ reperiuntur.

*NB. Hæc præterea Manuſcripta prelo digna ſunt apud me:*

1. Paſtorii *Joachimi* Mſc. Autographum, manu ejus exaratum, continens ejus Carmina, Epiſtolas & alia quædam minutiora. Lat. & Germ. idiomate exarata.
2. Edelingii *Petri, Pomerani Superint. Caminen.* Opuſcula varia inedita.
3. Bucholzeri *Adami, Sax. Chronologi celeberrimi*, Centum Epiſtolæ, & alia ejus miſcellanea Opuſcula, Latina & Germanica.

*NB. Hæc vero ad Corpus Diplomaticum pertinent:*

Inventarium Diplomatum in Archivo Crac. exſtantium, ordine Provinciarum digeſtum, continetque indicem Scriptorum Papalium, Cæſareorum, Hung. Bohem. Daniæ, Svec. Norveg. German. Marchiæ, Brand. Sileſ. Pomer. Pol. Lithvan. Pruſſ. pro Regno Pruſſ. pro Cruciferis, Maſov. Oſviecim. & Zator. Tranſalp. Beſſarab. & Walach.

Synnopſis ſeu Connotatio variorum librorum, vulgo *Metrica Regni* dictorum Decreta, Inſcriptiones, Privilegia, Legationes, Luſtrationes in ſe continentium. Incipiendo a Ducibus Maſoviæ & a *Sigismundo I.* usque ad *Ioh. Caſimirum* conſcriptorum & per Svecos tempore incurſionis ablatorum, ex Svecia vero in Poloniam, vigore Pactorum *Olivenſium* reſtitutorum. Cum Append. ad a. 1673.

NB. Neque minus digna judico eſſe duo Manuſcripta, quæ typis imprimantur: quorum prius reperitur in Bibliotheca Illuſtriſſimi Regni Mareſchalli; poſterius vero in Bibliotheca Collegii Varſav. S. J.

Zielinſki *Ioa.* Centum excurſus Politico-Morales, in ſelectiores Aphoriſmos & Paradigmata ex Hiſt. Polonica, *Kadlubkonis* & aliorum de-

deſumpta ad Joa. *Zamoyski* Supr. Regni Cancell. cum indice copioſo. *Opus craſſum & ſpiſſum in folio.*

P. Wijuk Kojałowicz *Caſim. Soc. Ieſu.* (ni fallor) Sacra Politia complectens cærimonias & ritus S. R. E. *itidem in folio.*

### *MANVSCRIPTA AD HISTORIAM POLONICAM PERTINENTIA, LINGVA POLONICA, QVÆ IN BIBLIOTHECA MEA REPERIVNTVR.*

1. Nakorſa Warmiſza naydawnieyſza Chronika o początku Narodu Polſkiego. i. e. Nacorſi Varmiſii Antiquiſſimum Chronicon de origine Gentis Polonicæ & de primis omnium Ducibus Sarmaticis, id eſt, *Pollachi* & ſucceſſorum, qui poſt illum ſummam rei tenebant, rebus geſtis, dedicatum *Wiſimiro* Principi Polonico, quod duodecim *Palatini* ipſi ſuccedentes interdixerunt, & alii poſt reginam *Wendam* imperantes comburi juſſerunt. Hujus Chronici apographum *Woynarus Walkoſtynus*, cujus arma, *Leonis caput*, cum viveret, in monumento ſepulchrali, quod ex lateribus coctis trans Gneſnam, Filio ſuo *Zublino* juſta perſolvens, erexerat, clam aſſervandam curavit. Septingentis & ſeptuaginta circiter poſt annis, hoc eſt, anno 1574. ſub Rege *Henrico* Gallo, hoc ſcriptum, in corio ſeu cortice exaratum, agrarii repererunt in iſto monumento ad Gneſnam poſito, idque *Simoni Koscielecki* tradiderunt, qui, cum illos characteres non intelligeret, perferendum curavit ad *Chriſtophorum Proſſowiecki*, petens, ut profecturus Cracoviam ſecum eo aſportaret, ſi quis forte ibidem eſſet ex peregrinis Cracoviam demigrare ſolitis, qui illud Manuſcriptum legere & intelligere poſſet. Ille vero ubi neminem reperiſſet, remiſit illud ad *Koscielecium* deditque ei conſilium, ut ſe cum iſto Chronico conferret ad *Samuelem Zborowski*, qui tum in Tranſylvania apud *Stephanum Battoreum* erat. Is uſus eſt opera interpretum doctiſſimorum, quos *Battoreus*, tum Palatinus, fovit, maxime vero *Suliaſtæ & Garini*, qui illud Chronicon, in latinam lingvam transtulerunt, ex multis aliis lingvis; nam Poloni artis ſcribendi imperiti, ex peregrinis terris ſcri-

bas conduxerant, quorum quisque lingva ſua & charactere res geſtas Ducum Polonorum chartæ mandarunt, prout eas aut legerant, aut audierant. Nulla hujus Chronici pars corrupta erat, præter res geſtas Lithvanorum, quæ a pluvia & tineis blattisque aliquod vitium conceperunt. Quod vero usque ad annum 700. Hiſtoria ejus contexta eſſet, *Zborovius* usque ad Miecislaum ex Chronico Jannicii Maiolani & ab illo usque ad Regem Henricum ex variis autoribus eandem continuavit & ex latina lingva polonice convertit. Poſt mortem *Samuelis*, forte in manus *Davidis Zborovii* iſtud Manuſcriptum pervenit, quia id a. 1680 dono dederat *Adamo Choymicki*; quod perlectum dignis extulit laudibus. Deinde *Alexander Tęczynski*, poſtea Rev. *Alexander Suchodolski* Dominicanus primam partem ſibi donatam ab Alberto *Ciechanowski* Profeſſore Academiæ Cracovienſis a. 1682. alteram vero poſt ſex menſes, & tertiam elapſo uno anno, Cracoviæ in taberna venditam accepit & deſcribendam curavit; Autographon vero commodavit *Nicolao Wazynski*, qui cum illud reddere nollet, *Suchodolski* proteſtatus eſt contra eum in Caſtro Luceorienſi 1701, 27 Jan. Paulo poſt ubi *Wazenski* diem obiit ſupremum, ipſum autographon interiit, hoc tantum apographo relicto. in fol.

2. *Anon.* Opiſanie Sarmacyi Europeyſkiey i zycia Krolow Polſkich. i. e. Deſcriptio Sarmatiæ Europeæ & vitæ Regum Poloniæ. *Inc.* Polacy ztąd ſnadź nazwani ieſteśmy, że przodkowie naſi polem się biiali. *Diverſum eſt hoc ſcriptum ab aliis ejusdem generis* Cromeri, Neugebaueri, Gliczneri, Paſtorii *&* Kołudzki. in 4.

3. Stryikowſkiego *Macieia, Kanon. Zmudzkiego*, Chroniki Polſkiey, Litewſkiey, Zmudzkiey i Ruſkiey compendium od R. 860. i. e. Stryykovii Matthiæ Canonici Samogitiæ, Chronici Polonici, Lithuanici, Samogitiæ & Ruſſici compendium ab a. 860. *Inc.* Xięſtwa Ruſkie na wſchod ſłońca zoſtaiące mianowano Wielki-Nowogrod. in 4.

4. Gliczner a *Eraſma*, Chroniki Krolow Polſkich po łacinie w Toruniu 1597. wydaney, polſkie tłumaczenie, do Przemyſł I. i. e. Gliczneri

Eraſmi Chronici Regum Poloniæ latine Thorunii 1597 editi, polonica verſio ad Premysl. I. in 4.

5. Liſieckiego *Jędrzeia Inſtygatora Kor.* Zbior materyałow do Hiſtoryi Polſkiey za Zygmunta III. należących od R. 1605 aż 1614. 3 Decennium. i. e. Liſiecki Andr. Inſtigatoris Regni Collectio rerum ad Hiſtoriam Polonicam ſub Sigismundo III. pertinentium ab an. 1605 ad a. 1614. in fol.

6. *Anon.* Opiſanie woyny Wiedeńſkiey przetłumaczone z Relacyi Lacinſkiey, Naywyżſzego Piſarza Kancellaryi Wiedeńſkiey. i. e. Deſcriptio belli Viennenſis translata ex relatione latina Supremi Notarii Cancellariæ Vindobonenſis. in fol.

7. Teſtament y Epitaphium Prymaſſa *Prazmowskiego.* i. e. Teſtamentum & Epitaphium Primatis *Praſmovii.* in fol.

8. Tokarſkiego *Stan. Podsędka Pinskiego,* Memoryał zywota Xćia Albrachta Stan. Radziwiła Kanclerza w Litt. i. e. Stanislai Tokarſki Subjudicis Pinſcenſis Deſcriptio vitæ Ducis Alberti Stan. Radzivilii Cancellarii Supremi Litv. in 4.

9. *Anon.* Zywot Xcia Boguſława Radziwila Koniuſzego Lit. Gieneralnego Prus Brandeburſkich Gubernatora z łacinſkiego przetł. i. e. Anonymi vita Ducis Boguslai Radzivilii Stabuli Præfecti Litvan. Supremi Pruſſiæ Brandeburgicæ Gubernatoris, ex latina lingva translata. in 4.

10. A. K. *Reformata* opiſanie zycia Johanny Katarzyny *Leſzczynskiey* Podkanclerzymy Kon. Generał. Wielkop. piſane od iey ſpowiednika R. 1665, 12 Aug. i. e. A. K. Reformat. deſcriptio vitæ Johannæ Cath. Leſzcziniæ, Cancellarii Regni & Generalis Maj. Pol. Conjugis elucubrata ab ejus Confeſſionario a. 1665, d. 12 Aug. in 4.

11. Baranowſkiego *z Rzeplina, Stanisława,* Herby rycerſtwa Polſkiego, od Bartoſza Paprockiego napiſane R. 1584. a teraz z przydatkiem kontynuowane do R. 1635. pagg. 888. i. e. Stanislai a Rzeplin Baranowſki Inſignia nobilitatis Polonicæ a Bartholomæo Paprocio deſcripta an. 1584. nunc vero cum augmento continuata ad a. 1635. in fol.

12. (X. Kojałowicza *Kazimiera S. J. ni fallor*) Herbarz familii Litewſkich. i. e. R. P. Caſimiri Kojalowicz S. J. Inſignia Familiarum Lithuan. Hoc opus Vilnæ excudi cœptum neque confectum & abſolutum eſt, cum tantum 4 plagulæ typis impreſſa ſunt. fol.

13. *Anon.* forte *Poſſelii*, (de quo infra) Herbarz Familii *origine* Pruſkich, albo tych, ktore *Pruski* indigienat otrzymały. i. e. Inſignia Familiarum origine Pruſſicarum, vel eorum, qui indigenatum Pruſſiæ obtinuerunt. Inſignia calamo egregie delineata una cum deſcriptione Familiarum Pruſſicarum; quarum principes alio loco deſcriptæ reperiuntur. *Opus autographum infinitæ raritatis.* fol.

14. Orzechowſkiego *Stan.* Politia kroleſtwa Polſkiego, na kſztałt Aryſtoteleſowych Polityk. i. e. Politia Regni Poloniæ ad modum Politicorum Ariſtotelis, ſcripta & dicata *Sigismundo Auguſto.* Dat. in prædio hæreditario Zurowiec 1566, die S. Adalberti: partes 2. prior habet 26 & poſterior 11 libros. Opus genuina Authoris manu exaratum, de quo innuiſſe videtur *Starowolski* in Hecat. p. 142 his verbis: Audio & alia quædam de Republica, ipſius Autographa, a quibusdam, privatim, cum nominis ejus forſan, certe cum publicæ utilitatis jactura, detineri. fol.

15. *Anon.* Wolſka Polſka konająca. i. e. Libertas Polonorum in agone mortis. Libertatis nomen unde ortum, ubi nata ſit ipſa, quibus animam & naturam ſuam ornaverit, & quare teſtamentum fecerit lethali decumbens morbo, atque mortem meditetur, brevis informatio a. 1673. 4.

16. *Anon.* Rozſądek propozycyi. i. e. Dijudicatio Propoſitionis, *de modo eligendi Regis*, ante Comitia 1632. 4.

17. *Anon.* Dyſkurs co Rzeczp. naſzę pſuje i wolnosc ruinuje. i. e. Diſcurſus de eo, quod Rempublicam noſtram corrumpit & libertatem perdit. *Inc.* Naypierwſzą przyczynę kładę. *Fin.* quam fidei erat. 4.

18. *Anon.* Projekt i. e. cogitatio de emendanda Republica. *Inc.* Kroleſtwo Polſkie, żadną miarą. 4

19. Choteckiego *Pawla Kancl. Chelmsk. Prob. Garbow.* Nowy nieprzy

iaciel Polſki na Seymie Warſzaw. wydany R. 1695, 12 Jan. to ieſt nieſprawiedliwosc w ſądach. i. e. Pauli Chotecki Cancellarii Chelm. Præpoſ. Garbov. novus hoſtis Poloniæ in Comitiis Varſavienſibus declaratus a. 1695, 12 Jan. id eſt injuſtitia in judiciis. 4.

20. Zydowſkiego *Adama*, (cujus extant impreſſæ *Prioritas & nonnullæ Dispunctiones juris*) Controverſiæ caſuum ſelectorum Juris Polonici lingva polonica ſcriptæ. fol.

21. *Anon.* (id eſt *Liſieckiego Jędrzeia, Inſtygatora Kor.*) Apologia pro libertate Reip. & Legibus R. Pol. contra callidos novi juris repertores, poſterior, auctior & correctior, id eſt: Probatio luculenta ex Hiſtoria, Conſvetudinibus, Legibus, Statutis & Conſtitutionibus Regni, quod Sereniſſimæ Regiæ Domui Pol. non liceat ullas habere poſſeſſiones hæreditarias in Regno Pol. & Lithuania, quocunque ſit modo. In Comitiis R. 1625. (ex occaſione Decreti de Zywiec inter Komorowſkie & Rylſkie.) pol. fol.

22. Sobieſkiego *Jakuba Wdy Belzkiego Star. Kraſnoſt.* Inſtrukcya dana JP. Orychowſkiemu, iako Dyrektorowi IchMM. Marka i Jana (potym Krola) Sobieſkich, ſwoich ſynow, gdy ich na nauki do Krakowa oddawał, per puncta ſpiſana. i. e. Jacobi Sobieſki Palatini Belſenſis, Capitanei Craſnoſt. Inſtructio data Domino Orychowſki, præfecto Illuſtriſſimorum Marci & Johannis (poſtea Regis) Sobieſciorum, filiorum ſuorum, cum eos ſtudiorum cauſa Cracoviam mitteret, per puncta conſcripta. 4.

23. Bidzinſkiego *Stefana, Kaſztel. potym Wdy Sendom.* Liſty od, albo do niego piſane. i. e. Stephani Bidzinſki Caſtellani, deinde Palatini Sendomir. Epiſtolæ ad eum, ſive ab eo ſcriptæ. 4.

NB. Sequentia, ligata oratione, ſcripta, locum habere poſſent in nova collectione Poetarum Polonorum a Michaele Abrahamo *Trotzio* Varſavienſi, *Lipſiæ* ſub titulo *Bibliothecæ Polono-Poeticæ* publicata.

24. *Anon.* LXXVI pieſni duchowne, i. e. hymni ſacri. *Fin.* Dobrym dobre, a złym złe zapłaciſz roboty. fol.

25. *Anon.* Libuſſa: Drabant, albo raczey nowoſwiecki przez roine

Damy

Damy na Sądeckim, zamku chwytanym kołem odprawiony taniec. i. e. Libuſſa: miles, ſive potius novæ choreæ a variis feminis in arce Sandecenſi in gyrum ductæ. *Inc.* Jeſzcze był liſt nie opadł. fol.

26. Morſztyna *Stan. Wdy Mazow.* Nabozenſtwa każdodzienne, piesni pokutne, Akty do ſpowiedzi i kommunii S. i modlitwy i rozne reflexye duchowne wierſzem Polſkim napiſane R. 1700. i. e. Stan. Morſtini Palatini Maſov. Preces in ſingulos dies, hymni pœnitentiales, præparatio ad confeſſionem & ſacram cœnam, orationes & variæ meditationes ſacræ oratione ligata Pol. conſcriptæ. 4.

27. *Tegoz*, Poezye rożne ſwiatowe, Elegie, Epigrammata, Sonnety i inne Miſcellanea we dwoch Tomach. i. e. Ejusdem Poemata varia profana, Elegiæ, Epigrammata, Odæ & varia miſcellanea duobus Tomis. 4.

28. Potockiego *Waclawa Podczaſzego Krak.* rozne Epigrammata, zarty i facecye. i. e. Vaclavi Potocki, Pocillatoris Cracov. varia Epigrammata, joci & facetiæ. fol.

29. Rożnych Autorow rożne Miſcellanea Poetica in certos Titulos digeſta & collecta a me. i. e. Variorum Autor. varia Miſcellanea. 4.

30. *Anon.* Lament utrapioney matki korony Polſkiey, iuż iuż konaiącey na ſyny koronne. i. e. Lamentum matris Regni Poloniæ dolore affectæ ac jam moribundæ in filios Regni. *Inc.* Nieſzczęſna matka zchodzę z tego świata.

31. Strykowſkiego *Macieja Hiſt. Pol.* Poema. i. e. Matthiæ Stryykovii Hiſt. Pol. poema de clade 30 millium Ruſſorum cum Petro *Szoyski* Palatino Polocenſi in campo Ivanenſi ad fluvium *Vlam*, ducibus Nicolao Duce *Radzivilio* Summi exercitus Lithuanici Imperatoris & Gregorii *Chodkiewicz* Caſtellani Vilnenſis, ſummi exercituum Pol. imperatoris a. 1564, 18 Jan. (de hoc bello ipſe in Chronico ſuo ſcribit p. 771. & Bielſcius p. 616.) *Inc.* (ne corki z Helikonu Jowiſza wiecznego. Sive ab ipſo Autore, ſive ab alio quodam adſcriptum eſt polonice: Hi verſus jam interierant cum magno autoris dolore.)

32.

32. *Anon.* Hiſtorya o *Virginii* Pannie, od oyca ſwego w obronie czyſtosci nozem przebitey, wyięta z Liwiuſza Hiſt. Rzym. Decade I. Lib. 3. i. e. Anon. Hiſtoria de Virginia virgine a patre ſuo pudicitiæ tuendæ cauſa cultro transfixa, deſumta ex Livio &c. *Inc.* Stara nowina u całego ſwiata.

33. *Anon.* (to ieſt Korczynſkiego *Adama*, iako ſonat ænigma) Imię ma z *Raiuski* ogon przezwiſka, *Rok* wſpaczni głową. (zyń wśrzodek się wciſka) Wizerunek złociſtey przyiaznią zdrady, mężowi byſtrey żony adreſſowany na przeſtrogę; na 9 punktow rozporządzony i żartownemi Landſzaftami czyli okurencyami przeplatany.

* *Neque minus hæc duo MSS. quamvis non ligata oratione, at ſtylo tamen poetica exarata.*

Barklaiuſza *Jana*, Argenida. i. e. Joannis Barclai Argenis polonice translata oratione *proſa*. *Inc.* Jeſzcze był świat Rzymowi czołem nie uderzył. Forte autore Waclavo Potocki, qui eam ligata oratione converſam typis imprimendam curavit.

*Anon.* Hiſtoria wielkiey reflexyi potrzebuiąca o pięknej Dyannie. i. e. Hiſtoria, meditatione digna de pulchra Diana. *Inc.* Jeſzcze były Wſchodowe Kraie nie pokłoniły się miesiącowi.

NB. Quoniam *Starovolſcius* in multis locis Hecatontadis & alii infra commemorandi Autores allegant multa curioſa diverſi argumenti Manuſcripta, maxime vero antiquiora, adjectis & perſonis & locis, ubi tunc aſſervabantur, confecto elencho autorum, ordine alphabetico, eosdem pro faciliori indagatione hic recenſebo.

* S. indicat *Starovolſcius*; Numerus paginam *Hecatontadis* editionis Venetæ 1627. Francofurtenſi an. 1625. locupletioris. H. deſignat *Hoppii Schediaſma de Script. Hiſt. Pol.*

1. *Anonymi Galli*, Chronicon *Poloniæ*. S. 47.

2. *Anon.* Chronicon Mſc. cœtus Evangelici Cracovien. 1625. (Joa. Sirenius Chodowiecki in quadam Annotat. mſc.)

3. *Anon.* Judicia de Chronico *Piaſecii* varia in Mſc. extantia apud Fr. Gottl. *Engelcke* Præc. Gedan. H. 29.

4. *Anon.* Hiſtoria Epiſcoporum Varmienſium, aſſervatur Heilsbergæ. S. 159. (crediderim eam eſſe Joa *Plaſtwig*, Vitis Epp. Varm. Treteri adjunctam & jam vulgatam.)

5. *Anon.* Legenda, ſive, de vita S. *Stanislai* Ep. Cracov. (Petrus *Jænichius* in Notitia Bibliothecæ *Thorunen.* pag. 21.) Dubito an non eadem ſit, cum opuſculo *Dlugoſſii* de S. Stanislao, edito Cracoviæ 1511. quod inſertum reperitur in *Bollandi* Actis Sanctorum Tom. 2. menſis Maji.

6. Brigeri *Joa.* Chronicon Poloniæ. S. 47.

7. Burſii *Adami Prof. Crac.* Orationes publice recitatæ, Logica Stoica lib. 4 comprehenſa, (multum Juſto *Lipſio* probata) Notæ in Officia Ciceronis, atque Ethica Ariſtotelis. S. 170.

8. Bzovii *Abrah. Ord. Præd.* adhuc reſiduos 4 Tomos Hiſtoriæ Eccleſiaſticæ, tum & Hiſtoriam Ord. Prædicatorum moliebatur. S. 227.

9. B. Cantii *Joannis* Libri 3 ſuper Matthæum & Sermonum Liber unus. In Archivo Acad. Cracov. S. 54.

10. Chod iewicz *Caroli* Rerum ſuarum cum Sveco, Moſcho & Turca geſtarum codicilli Polon. idiomate. S. 95.

11. Copernici *Nicolai, famigeratiſſimi Aſtronomi Can. Varm.* literæ variæ ad ſuum avunculum Lucam *Weiſſelrode* Epiſc. Varm. aliosque manu ejus exaratæ Apud Joa *Broſcium* Prof. Cracov. S. 159. 161.

12. a Coſmin *Benedicti Prof. Crac.* Sermones ſacri. *It.* Latini ſermonis obſervationes. S. 4.

13. Cromeri *Martini, Epiſcopi Varm.* Epiſtolæ apud Stan. *Kuczkovium* Conſ. Leopol. S. 35. Habeo & ego quoque aliquot ejus epiſtolas propria ejus manu exaratas, uti & Card. *Hoſii*, *Gamrati* Primatis, *Rudnicii* Epiſc. Varm. & aliorum Pol. Epiſcoporum, prout & Regum, ac Procerum Poloniæ plures Epiſtolas originales.

14. Giſe *Tidemanni, Epiſc. Varm.* Epiſtolæ. S. 160.

15. Gornicki *Lucæ, Capit. Tykocin.* Extant ejus Manuſcripta in Bibl. Acad. Cracov. S. 68.

16. Ha-

16. Halicii *Simon. Prof. Crac. Sanctitatis opinione celeberrimi*, Notæ in Oratorem *Ciceronis*, & aliquot Orationes longe diſertiſſimæ. S. 199.

17. Heidenſtein *Solleſci, Reinholdi, Patris Caſtellani Gedan* De vita *Joa. Zamoiſcii* Supr. Pol. Cancell. & Exerc. Ducis Libri 3. in Bibliopolio Gedanenſi Waesbergiano. *Hoppius* in Schediaſm. pag. 26. ait: *Optandum, ut hoc opus in publicam tandem lucem protrudatur.* Scriptum eſt illud *Sollencii* 1606, Kal. Martii, ut ex Dedic. filio Thomæ *Zamoyski* facta, videre eſt.

18. Herburtus *Felix Caſtellanides Sanocen.* ſcripſit *Herculem Sarmaticum* & *3 Oratorias Declamationes*, cum adhuc literis *Lutetiæ Pariſiorum* operam daret, tum Syntagmata diverſa, Roberto *Turnero*, Ingolſtadii informante, item *Satyram Ruthenum* aliaque Carmina Polonica excellentiſſima, ſed quæ morte præventus in lucem dare haud potuit, cum damno & jactura rei literariæ. Ita *Starov.* p. 71.

19. Hoſii *Stan. Cardin. Ep. Varm.* Conciones in Evangelia Dominicalia, lat. germ. & pol. lingva, manu ejus propria ſcriptæ. S. 4.

20. Janczynski *Soc. Jeſu* ſcripſit de geſtis Epiſcoporum, Senatorum, & aliis revolutionibus ſibi contemporaneis. Mſc. extat in Bibliot. Collegii Sendomirien. S. J.

21. Janidłovius *Jacobus* ſcripſit libellum, *de cura Paſtorali*, qui nondum lucem aſpexit, mors enim interveniens, limam omnem abrupit. S. 217.

22. Januſſovius *Joa. Archid. Sandecen. Paroch. Solecen.* Vltra plurima impreſſa, in chartophylacio ſuo, reliquit imprimenda: 1) Archidiaconiam polonice ſcriptam; 2) Thronum Regium; 3) Conſtitutiones Provinciales R. Pol. 4) Solium Davidis, Partem ultimam, nam tres vivus ediderat; 5) *Sion* infirmatam, latine, quam olim polonice ediderat; 6) Concionum faſciculum; 7) Correcturam jurium; 8) *Orichovii* Turcicas & Fidelem ſubditum in patrium ſermonem vertit. 9) Comitia Varſavienſia a. 1612. 10) Hiſtoriam ſui temporis; 11) Cæſarum Rom. vitas, polonice ſcriptas; tum & alia minutiora plurima, in æde D. *Margarethæ* in *Nova Sandecz* inter rapſodias ſuas relicta. S. 215.

23. Jeroſchini *Joa. Nicolai* Chronica vetus Cruciferorum Ordinis Theutonici inchoata tempore *Magni Luderi*; confecta vero tempore *Theodorici* Magiſtri ab an. 1190 ad 1226. *Item* Chronica nova Ordinis præfati, completa & transſcripta a. 1464. ab an. 1239 ad 1394. *Jænichius* in Not. Bibl. *Thorun.* p. 21.

24. Kłobuccius *Joa Prof. Crac.* Libellum *de exercitio ſtyli* reliquit, qui nondum impreſſus apparet. S. 179.

25. Laſki *Joa. Archiep. Gneſnenſis* ſcripſit plura ad Eccleſiam, Remque publicam ac literariam pertinentia, quæ in Chartophilacio Eccleſiæ Gneſnenſis a tineis corroſa adhuc latitant. S. 7.

26. Leſzczynſki *Joa.* edidit *Orationes Conſiliariorum Regni.* Ejus Mſc. extant in Bibl. Acad. Cracov. S. 68.

27. Lubomlius *Severinus*, *ex Judæo*, *Ord. Præd.* Totius S. Scripturæ quæſita, Theologorum ſummorum, circa ea dogmata, 12 Tomis, per diſtinctiones, methodo reſolutiſſima, conſcribere voluit, ſed morte præventus haud perfecit. Reliquit nihilominus 7 jam concinnatos, quamvis non limatos, & primum quidem, ſe vivente adhuc, prœlo excuſſum quatuor fere millibus diſtinctionum conſtantem, quem Introductorium Generale, ad ſubſequentem Tractationem appellare voluit; cum totum opus, *Monoteſſaron Evangelicum* appellatum, 36 millibus diſtinctionum conſtare debuit. S. 194.

28. Mielicki, alias *Rotundus* dictus, *Auguſtinus*, *Pro Conſul Vilnen.* juſſu Regis Sigismundi Auguſti ſcribere inceperat Hiſtoriam Lithvanicam, latino idiomate, eodem tempore, quo *Cromerus* Polonicam, ſed ad finem non perduxit. Initium hujus ſcripti reperitur in Bibl. Arcis Nieſviſienſis. Ita habet P. *Kojalowicz* S. J. aut qui Author eſt operis Stemmatographici Lithvaniæ, mſc. ſub armis *Rola.*

29. Orichovii *Stan.* Epiſtolas manuſcriptas aſſervant viri docti, & vidimus *Cracoviæ* apud Joa. *Rybcovicium* Prof. Theologiæ. S. 139. *Epiſtolas Familiares* quoque ſcripſit, ſed harum pars maxima adhuc in obſcuro eſt, ut & liber *de Summa Regni.* S. 141. NB. In ejus Annalibus, debent reſtitui aliqua & Annali IV. quo pertinent, præmitti quæ deſiderantur, in trina edit. *Dobromilenſi*, *Gedanenſi*

&

& *Lipſienſi*, quæ adſcripta ſunt in exemplari Jo. Ern. von der Linde Conſ. Gedan. &c. H. 25.

30. Pariſii S. J. *Slavia*, id eſt, de ortu & progreſſu *Slavicæ* gentis. (ſervatur in Collegio *Ravenſi* S. J.)

31. Pegaſii *Bernardi Ord. Præd.* Tractatus de Trinitate, de divinis Nominibus & de auxiliis divinæ gratiæ (P. Paulus *Ruſſel.* in Opuſcul. pol. Tryumf na dzień S. Jacka p. 103.)

32. Petricius *Sebaſtianus*, Cochanovium æmulatus ſcripſit *Pſalterium carmine Polonico*, ſed non evulgavit, ſicut & *Res geſtas ſui temporis*, ſed has Joa. Innoc. *Petricio* filio, proſequendas commiſit, addito Hiſtoriographi titulo & ſtipendio aſſignato, ut perpetuo ex tunc, ſuum Academia *Cracov.* Hiſtoriographum haberet; ſcripta vero Communitas in Archivo Academico aſſervaret, non proditura in lucem, niſi forte poſt centum annos. S. 192.

33. Piekarſki *Adami Ordin. Præd.* Sermones de tempore & de SS. (*Ruſſel.* p. 104.)

34. Poſſelius ſcripſit de origine & progreſſu *Pruſſorum*, tum & vitas & geſta Magiſtrorum Ordinis Cruciferorum in *Pruſſia*, Epiſcoporum Culmenſium, Palatinorum Culmen. Mariæburg. Pomeraniæ; Caſtellanorum Culm. Elbing. Gedan. prout & Succamerariorum horum trium Palatinatuum, nec non Theſaurariorum *Pruſſiæ*, & multa alia fol.

35. Povodovius *Hieronym. Canon. & Archipr. Crac.* reliquit inter alia Manuſcripta: *1) Sermones de Dominicis per annum; 2) Sermones de Sanctis; 3) de B. Virgine; 4) de Solennitatum Eccleſiæ cæremoniis, deq; variis ritibus Catholicorum*, quæ ipſe olim omnia ad populum ex ambona recitaverat, verum ita incuria executorum diſtracta a morte, ut nusquam ex integro ſperem ea lucem videre. Similiter: *Chimicæ artis notas*; nam & hujus peritus erat. S. 62.

36. Pr. Radivilii, Conſilium de Equeſtri ordine (Immac. Conceptionis B. V. M.) quem Vladislaus inſtituere meditabatur, differendo. (Chriſtian. *Gryphius* in Apparatu de Scriptoribus Hiſtor. 17. Sec. illuſtr. p. 526.)

37. Rembowſki *Leonardus Abbas Peplin.* ſcribitur a *Jongelino, doctrina grandis & ſcriptis libris notabilis.* Quid tamen ſcripſerit, non exprimit, nec ego ob loci diſtantiam & bellorum Germanicorum tumultus addiſcere potui. (Ita Carolus *Viſch* in Bibl. Ciſterc. p. 231.)

38. Romerius *Adamus Stężycenſis Parochus S. Nicolai Crac.* In Theologia *Tractatus multos & inſignes & Orationes Eccleſiaſticas* parturiebat. Quæ omnia, quanquam adfecta potius, quam confecta ſint, facile tamen ingenium judiciumque viri indicant. S. 203.

39. Rutka *Theophilus* S. J. de Stemmatibus Polonorum, *habeo.*

40. Samborienſis *Camillus Ord. Præd.* reliquit nonnullos Commentarios in D. Thomam & Ariſtotelem, doctiſſimos. (*Bzovius* in propagine S. *Hyacinthi* pag. 90 edit. Venetæ.)

41. Scarbimirienſis *Stanislaus Prof. Crac. Sermones de Dominicis atque diebus Feſtis* per annum, ſtilo haud ineleganti conſcripſit. Aſſervantur in Bibl. Canon. Regul. Clobucii. S. 131.

42. Schonæus *Andreas Prof. Crac.* morte præventus, præclara multa, quæ ſcripſit, inchoata tantum reliquit, perfecta non plane (uti eſt liber ille, cui titulus: *Nihil & omnia*) quæ, nec ſcio, an aliquando ſint lucem viſura, præter carmina pauca & orationes, quas brevi in lucem prodituras ſperamus, ſicut & Simonis *Halicii.* S. 199.

43. Siſinii *Matthiæ* Paraphraſis in Teſtamentum Jo. Demetrii *Solikowski* Archiep. Leopolienſis. S. 19.

44. Solikowſki *Jo. Demetrius Archiep. Leopol.* in chartophylacio ſuo reliquit, *Expoſitionem ſuper Evangelia, Pſalmos, Epiſtolas atque Hymnos* per annum in templo decantari ſolitos, *Ephemeris Sacra* nuncupatam. Itemque *Meditationes quotidianas*; *Juris Livonici Lib. 3.* ac *ejusdem Provinciæ Topographiam. Familiares* autem ejus *Epiſtolæ,* in ſeriis etiam gravibusq; rebus ſcriptæ, innumerabiles pene, in Cœnobio Wąchocenſi, ſed indigeſtæ aſſervantur, plurimæ diſperſæ, in quibus omnibus ſtilus erectus & elegans, rerum varia cognitio, cenſuræ maturum judicium, & ante omnia, quiddam altum & ingenuum quod ſpirat in ejus ſcriptis (legi enim poſthuma fere omnia) quodque animum legenti objicit non plebejum. S. 19.

45. Sta-

45. Starowolſki *Simon Cantor Tarnovienſis*, a ſe ſcriptos Libros 4 *de rebus geſtis Sigismundi I.* citat in ſua Hecatontade p. 113 in margine.
46. Strepa vel Strempa alias *Strzempski*, notus ſub nomine *Martini Poloni* Ord. Præd. ex Pœnitentiario Clementis IV. & ſubſequentium PP. Archiep. Gneſnen. nuncupatus. Scripſit ultra *Chronica, Martiniana* dicta, quædam præclara opuſcula; quibus ſui nominis memoriam ad poſteros transmiſit, equibus ego vidi; *1) Tabulas Alphabeticas Decreti*, quæ communiter vocantur: *Margarita Decreti; 2) Sermones de tempore; 3) Sermones de Sanctis; 4) de diverſis miraculis; 5) de Schiſmate Eccleſiæ Græcorum* in Biblioth. *Vaticana*; & *6) Hiſtoriam de Guelfis* ibidem. (*Bzowski* in propagine S. Hyacinthi p. 49.) nec Carolus *Viſch* in Bibl. Script. Ord. *Ciſtercien.* p. 239. diffitetur has lucubrationes potius videri eſſe *Martini Poloni*, quam *Martini Scoti.* Paulus *Ruſſel* Ord. Præd. in opuſc. *Tryumf na dzien S. Iacka* pag. 101. præmemoratis opuſculis adjicit quoque *Summam juris divini alias Canonici. Hanckius* vero *de Sileſiis indigenis eruditis*, & *Echard* ac *Quetif* uterque *Iacobus* in Script. Ord. Præd. ſuperaddunt, *Sermones ſuper Evangelia & Epiſtolas, deſcriptionem Terræ S. & Memorabilia Romæ.*
47. Strobandi *Henrici Burggrabii R. Thorun.* manu propria ſcriptum de Republica patria; von Beveſtigung der Stadt Thorn: A. 1591. fol. in Bibl. Thorunenſi. (*Ienichius* in notitia hujus Bibl. p. 35.)
48 Suſki *Hyacinthus Ord. Præd.* ſcripſit Apologiam de SS. Sacramento contra quendam Calvinianum. Item Sermones de tempore & de Sanctis. (Ruſzel. p. 102.)
49. Sylvii (*Aeneæ, Piccolominei ex Epiſc. Varmienſi Summi Pont. Pii II.*) *Epiſtolæ* aliquot & aliorum nonnullæ ad *Aeneam* perſcriptæ. In Biblioth. Thorun. (*Ienichius* p. 26.)
50 Tarnowſki *Ioa. Caſtell Cracov. Supr. Exerc. R Dux) Chronicon & Bellorum a ſe geſtorum Commentarios* propria manu ſcripſit. S 95.
51 Treteri *Thomæ Peſnanienſis, Canon. Romæ S. Mariæ trans Tiberim, Olomucen. & Varmien.* extant variæ *in virtutes Cardinalis Hoſii Odæ*, ut & alia ejusdem *Docta poemata* inedita. S. 124. Citatur quoque

ejus.

ejusdem *Diarium Manuſcriptum* a Sebaſt. *Sleſzkowski* in Opuſc. pol. Odkrycie zdrad żydowſkich p. mihi 178.

52. Triceſius i. e. *Trzecieski* Andreas Poeta præſtantiſſimus. Scripta ſua haud perfecte deſcripta, poſteris moriens legavit; S. 147. aliqua ex iis ſunt typis mandata.

53. Fr. Valerianus *Litvanides* Ord. Præd. Aſtronomus inſignis, reliquit quædam ſcripta in ſcientia Mathematices typis præparata. (*Ruſſel.* pag. 103.)

54. Wapowſki *Bernardus Cantor Cracov. & Cubicul. Apoſt.* Non tantum Chronicon ſuum incepit, ubi *Cromerus* deſiit; (prout vult *Chwalkovius*) ſed potius *Annales* Poloniæ ſcripſit, ab ipſo *Lecho* ad annum ſui obitus 1535. atque hic politiore quidem eloquio & veritatis indagandæ ſummo ſtudio uſus eſt, verum aut immatura mors, aut negotia Reipubl. a perficiendo opere eum revocarunt, fragmentum tantum Hiſtoriæ hujus habemus impreſſum, quod Thom. de *Plaza* Canon. Vislicien. editioni 1589. *Colonienſi Cromeri* adjecit. Reliquum vero totius operis, inter deperdita refertur. (Anon. i. e. Hartknoch in exerc. Chwalkovio oppoſita p. 20. H. 21.)

55. Zamelius *Godofr. Conſ. Elb.* Extat in Bibl. Thorun. ejus Germanicum Mſc. tit. *Germania Celtica rediviva* lingva, literis, metro. (Das uhralte deutſche Poetiſirende Deutſchland.) 1667. fol. (*Iænich.* p. 35.)

56. Zawadzki *Stanislaus Prof. Cracov. Orationes plurimas* ſcriptas reliquit, ætate ſua, oratoria laude, præcipue excelluit. S. 197.

57. Zołkiewſki *Staniſl. Cancell. & Exerc. Ducis Supr.* Commentarius belli Moſcovitici ſub Sigismundo III. (Laudatur a *Chwalkowski* in Sylloge Script. Pol. Juri Publico præmiſſa.)

58. Huc quoque ſpectare videntur Opera Matthæi de Cracovia, primum Rectoris Vniverſitatum *Pragenſis* ac *Pariſienſis*, deinde Cancellarii Imp. *Ruperti*, denium Epiſcopi *Vormatienſis*, ac tandem S. R. E. Cardinalis, tituli S. *Cyriaci*, quem quidem *Eggs* in Purpura docta & *Aubery* in Hiſt. Cardinalium volunt, fuiſſe *Pomeranum* de domo *Krako*. Rectius vero Poloniæ illum vindicant *Trithemius*, *Spondanus*, *Panvinius*, *Poſſevinus*, *Raynaudus*, *Genebrardus*, *Balbinus*,

Idem ascripit Vanselow in gelehrt. Pommern p. 22.

Mal-

*Mallinckrot, Gordon, Bruſchius, Munſterus, Eiſengrenius, Vghellius* & *Claud. Robertus*; imo P. Samuel *Nakielski* Ord. Miechovitarum ejusque Hiſtoriæ celebris ſcriptor, eum fuiſſe de domo *Naimann* Cracovienſium patritia (unde & nomen obtinuerit de *Cracovia*) de certa ſcientia, aſſeruit R. P. Petro *Saunier* Ord. S. Spiritus, qui id teſtatur in præfamine ſuæ Gallicæ translationis Matthæani Dialogi, ubi iſta quoque de Matthæo habet: (*Mathieu ſurnomme de Cracovie, ou le Polonois, fut homme tres illuſtre en ſon temps, ſa memoire toutefois eſt enſevelie dans un tel oubli en ſa propre Patrie; qûà peine, les plus Curieux en ſavent le nom.*) Equidem R. P. Gaſpar *Nieſiecki* S. J. in ſuo eruditiſſimo opere, recenter edito, titulum Coronæ Poloniæ præferente p. 12. ait, ejus opera in cœnobio *Francorum vallis* (*Franckenthal*) aſſervata, in Gallia fuiſſe typis mandata. Ego tamen inter edita nonniſi duo hæc opuſcula comperi; 1) *Dialogum ad frequentem Communionem exhortatorium*, ſeu (uti ad calcem libri legitur) *Tractatum de ratione & conſcientia ſumendi Corporis Chriſti*, qui *Memmingæ* 1494. prodiit, tali titulo, *Tractatus de eo, utrum expediat & deceat ſacerdotes continuare Miſſas, vel Laicos frequenter communicare*, quem gallico idiomate transtulit præmemoratus Petrus *Saunier* in gratiam Reginæ Poloniæ *Ludovicæ Gonzagæ* & Lugduni Gall. 1652. imprimi curavit, & 2) Collationes cum Papa nomine Imp. *Ruperti*, quas recenter Auguſtæ Vind. 1723. editis Miſcellaneis ſuis adjecit Raymundus Duellius Libro I. Ac proinde hucusque in mſc. deliteſcere crediderim cætera ejus (quæ ſequuntur) ſcripta.

*1) Commentarius in Canticum Canticorum, in Eccleſiaſten, in Evangelium Matthæi & in Epiſt. ad Romanos; 2) Opus de prædeſtinatione, & quod Deus omnia bene fecerit Lib. 7. ad Epiſc. Vormatienſem; 3) de amore Divino. 4) de Officio Antiſtitum; 5) de celebratione Miſſæ ad Epiſc. Varmien. 6) de Translatione rerum temporalium; 7) de contractibus; 8) in Magiſtrum ſententiarum; 9) Sermones in Dominicas, & 10) Liber Epiſtolarum.*

Pro coronide heîc loci pono, aliquot Anonymorum ſchediaſmata, mſc. a *Gryphio* p. 526. ſuæ diſſertationis recenſita, quæ nempe, cum *Guſtavus Adolphus* a. 1621. & ſeqv. Poloniam invaderet, fuere compoſita. 1) Colloquium inter Sigismundum III. & Carolum Suderman-

 niæ

niæ Ducem. 2) Wolfgangi a *Kreitzens* Apologia ad Pilaviam Svecis dedicatam. 3) Diſſertatio de vectigali Civitatibus Pruſſiæ redimendo. 4) Acta inter Guſtavum & Electorem Brandeburgicum Joa. Sigismundum die 13. Jun. anno 1625. 5) Acta Legationis *Pruſſicæ* ab Ordinibus ad Svecum miſſæ. 6) Diarium Nuptiarum Vladislai IV. & *Cæciliæ Renatæ* &c.

Ex hoc brevi conſpectu ſpeciminis cauſa exhibito, quaſi ex ungve Leonem, quisque intelligere poteſt, eſſe plerosque cives memoria dignos, fama ſuper æthera notos, quorum opera & labores una cum ipſis oblivione fere deleta ſunt, cum magno gloriæ a gente Polona ſibi partæ detrimento: peregrini, qui nos gerere ſcribenda fatentur, objiciunt ſimul, quod vix ſcribamus geſta & dum noſtra arma virumque canunt, muſas non omni ex parte beatas inculpant. Quamvis varia diverſorum Autorum judicia hujus rei cauſa adferre poſſem, tamen ſtudio brevitatis prætermittam, ſatis enim eſſe puto, allegare verba Hoppii ſchediaſmatis §. 3. *Dum animo revolvimus, non poſſumus non dolere, adeo incurioſos fuiſſe, in rerum ſuarum notitia Polonos, cum apud illos etiam plurima lucem viderint, quorum Catalogum locupletiorem texi, intereſſet publice;* quibus addit inferius: *Optime de publico mereretur, qui ſecundum ſeriem omnia conſignaret & accuratam ſimul Proſopographiam Poloniæ ederet.* Cupiditate itaque incenſus quomodocunque merendi de patria mea, merito lubensque hunc in me ſuſcipio laborem, nec erit ingratus labor, dum præmia multa ſequentur, utpote neceſſaria informatio, juſta dilucidatio, rerumque exoptatarum communicatio. Cum vero non ſolum labores Autorum Polonorum typis impreſſos & manuſcriptos, verum Numiſmata quoque & imagines æri inciſas Polonorum, aut quacunque ratione ad Poloniam pertinentium, colligo pro majori veritatis Hiſtoriæ patriæ elucidatione, omnes ac ſingulos enixe rogo, ne graventur de theſauro ſuo proferre, non tam nova, quam potius vetera monumenta, quo ad reddendum officium & ad teſtandum publice in iisdem faſtis literariis devincti animi ſtudium, gratam monebunt mentem.

(o)

Lit.

Lit. C.

# CONSPECTVS

## *HISTORIAE ECCLESIASTICAE POLONIAE*

SVB TITVLO

## POLONIAE ORTHODOXAE,

DANTE DEO, EVVLGANDAE.

Incumbenti mihi multifariam variis, prout elucubrandæ *Hiſtoriæ Vniverſalis Eccleſiaſticæ* ratio poſtulabat, lectionibus, &, eapropter, diverſis diverſorum idiomatum impalleſcendo ſcriptis, ſæpe ſæpius oculos ſubibant, mentique ſcrutatrici arridebant opera nonnulla, Nucleum *Hiſtoriæ Topographico-Eccleſiaſticæ*, ut ita dicam, id eſt, Acta Eccleſiaſtica Regni, Provinciæ, vel & ſignanter, Diœceſis alicujus exhibentia. Quo quidem in genere ſcriptionis aliquot peculiarium hujus Regni Orthodoxi Diœceſum, ſeparatas animadverti lucubrationes, totius vero Regni generatim Hiſtoriam Eccleſiaſticam nemini adhuc, quod ſciam, in mentem veniſſe, næ in typum abiiſſe, deprehendi, & inde eſt, quod id operæ pretium, meis minime aſpernari viribus ſentiens, improbo labore, ac læto geſtienteque animo illud ſuſcipere impulſu amicorum non detrecto, me ut non peregrinum in patria, ſed amantem vocationis, amantem natalis ſoli, demonſtrare valeam.

Equidem calcar ſtimulumque ſuperaddere videntur innumeri (quorum mihi inſiſtendum veſtigiis) in quolibet Catholico Regno, imo & Hæterodoxis provinciis, conſimilem navantes operam ſcriptores, quales mihi innotuere, *Italiæ* Vghellus, *Siciliæ* Pirrhus, Caietanus, Piccolus. *Pedemontii* Allixius, *Germaniæ* Brouwerus, Bruſchius, Caraffa, Colbingius, Hottingerus, Schilterus, Vejelius, Vrſinus, Zeillerus. *Bavariæ* Raderus. *Saxoniæ* Cauſſinus, Chytræus, Hamelmannus, Hopfnerus, Krantzius, Sprecherus. *Thuringiæ* Sagittarius, *Weſtphaliæ* Kleinſorgius, Schaten, *D. Anhalt.* Pitiſcus. *Haſſiæ* Clotzius, Garthius, Hofnerus, Leuchtner. *Com. Mansfeld.* Emmerlingius. C.

*Hoien.* Hamelmannus. *Belgii* Baſelius, Buchnerus, a Caſtro, Choquetius, Gazæus, Hommius, Miræus, Molanus, Raiſſius, Sanderus, Schoockius, Vernulæus, de Vry. *Friſiæ* Boſchaerts, *Com. Namurcen.* Buſſeretus, du Monin. *Helvetiæ* Bullingerus, Murerus, & Ranuccius Comes Scotus; *Galliæ* San-Marthani fratres gemelli, Boſqvetus, Cointius, Coquillius, Fileſac, Launojus, Leſchaſſerius, Marca, Pithæus, Sauſſay, Servinus; *Normandiæ* Vitalis, *Hiſpaniæ* Bleda, Marietta & San-Marthanus; *Catalauniæ* Domenec; *Arragoniæ* Alvarus, Blaſcus; *Luſitaniæ* Bullialdus, Macedo. *Angliæ* V. Beda, Alford, Ameſius, Apollonius, Bartoli, Burnet, Coſin, Crakanthorp, Dugdale, Durellius, Fitzerbert, Forbeſius, Foxus, Fullerus, Godwin, Harpsfeld, Horn, Juellus, Loidius, Lovius, Maſonus, Mocket, Morus, Parker, Parſons, Reuterus, Ritſchelius, Roberti, Sanderus, Smithæus, Stillingfleet, Vſſerius, Vtenhovius, Warton & Wortington; *Scotiæ* Bayllus, Camerarius, Conæus, Dempſterus, Knoxius, Molinæus, Philadelphus, Spotiswod, Tirius; *Hiberniæ* Clerus, Meſſingham, Porterus, Vſſerius. *Sveciæ* Baazius, Ohrnhialmus; & noſter Varmienſis Canonicus Vaſtovius. *Laponiæ* Schefferus, *Daniæ* Aslacus, Aelnothus, Nicolai, Slangendorff; *Slesvici* Heimreich; *Holſatiæ* Arnkielius; *Hungariæ* Inchofer; *Bohemiæ* Balbinus, Camerarius, Comenius, Greenius, Pontanus, Solimannus, Theobaldus ac noſter Polonus Laſitius; *Moſcoviæ* Botvidus, Kramer, Mayerberg, Oderbornius, Olearius, Openbuſch, Petrejus, Poſſevinus, Printz, Schwabe, Siricius, Vlfeld, tum & noſtrates Poloni, Gvagnin, Laſicius, Sacranus & Skarga. *Græciæ* Allatius, Angelus, Arcudius, Beurerus, Calovius, Chytræus, Critopulus, Cruſius, Cyprius, Goar, Haberkorn, Hebert, Hottinger, Huldricus, Lucaris, Meiſnerus, Pelargus, Poſſevinus, Rikaut, Severus, Smith, Vejelus & Zialowſki; *Armeniæ* Bredenbackius, Galani, Kempius, Theonanus, ac noſter Polonus Matthæus Bembus; *Maronitarum* Echellenſis Mullerus, Sionita; *Alexandriæ* Eutychius; *Aegypti* Gerhardi; *Africæ* Leideckerus, Schelſtrate; *Aethiopiæ* Almeida, Alvares, Baratti, Bermudes, Corſali, Dreſſerus, Goes, Luders, Ludolphus, Telleſius, Titelmannus, Vrreta & Wildius. *Chinæ* Kircherus, Longobardus,

Mar-

Martinius, Schall, Semedus, Trigautius; *Indiæ* Acoſta, Gonzalez, Heurnius, Hoornbeckius, P. Martyr, Pimenta, de Valentia; *Iaponiæ* Cerqueira, Frois, de Rhodes, Roſeffius, Solierus, Sotelius, Trigautius, Valignanus & PP. Societ. Jeſu in Epiſtolis. *Peruviæ* Brulius; & *Paraquariæ* Ranzonierus & ſexcenti alii, in quibus diſcriminatim recenſendis, ne nimius ſim, longiusque excurrat hæc mea lucubratiuncula, jam ad Regiones lymitrophas, noſtrarumque orarum finitimas tranſeo: (*Pruſſiæ*) equidem Hiſtoriam Eccleſiaſticam poſt factas, in *Petri de Dusburg Chronicon Magiſtrorum Ordinis Theutonici* Annotationes perſcripſit fuſiſſime Chriſtophorus *Hartknochius*, cujus inhæſere veſtigiis, Cœleſtinus *Mislenta*, ac Petrus *Sickius*. Similiter (*Pomeranicam*) Sacram Hiſtoriam pertractavit Daniel *Cramerus*, (*Curlandicam*) Paulus *Einhorn*, (*Sileſiacam*) vero Godefredus Ferdin. *Buckiſius* ſub Frid. *Liechtſterni*, nomine ficto, hoc illius opus locupletante, Anonymo *curioſo*, uti ſe vocare voluit, *Sileſio*. Actum agerem, ſi nunc ſingularum Diœceſum peculiares catervatim recenſere vellem Hiſtoricos; nam id apprime dudum exegit Gaſpar *Sagittarius* Introductionis in Hiſt. Eccl. cap. 20. Satis igitur ſuperque dixero, ſi nullum in orbe Chriſtiano toto Regnum, nullam Provinciam, Metropolim nullam, imo Diœceſim fere nullam exiſtere aſſeveraverim, quæ ſuum in recenſenda Hiſtoria non ſit ſortita Scriptorem. Noſtrum ſaltem Regnum Orthodoxum dubio procul hac in re infortunatius, quod illi *planam plenamque* Hiſtoriæ ſuæ Eccleſiaſticæ nanciſci datum, huc ad usque non fuerit congeriem, maxime cum & vel ipſis in his oris quondam graſſantibus hæreſibus ſui non defuerint Hiſtorici; quales *Reformatis* ac *Schiſmaticis* quidem contigere, *Andreas Węgierſcius* (ſub Anagrammatice ficto nomine *Adriani Regenvolſcii*), *Huſſitis* vero Martinus Gratianus Gertichius, ac Joh. Amos Comenius, nec non *Antitrinitariis*. *Socinianis* (vulgo *Fratribus Polonis* dictis) Stan. Lubieniecki, Chriſtoph. Sandius & Samuel Fridericus Lauterbach. Extant quidem & apud nos, nec diffiteor, aliquot hoc in genere ſcripta, ſed hæc ſunt perexigua, quæ oculos plane effugiunt, centonum inſtar, folia volantia, deperditioni ſummopere obnoxia & quæ jure merito

Gallico idiomate, *Fragmenta fugitiva* audiunt, quia ſucceſſu temporum vix ac ne vix quidem reperiri ambigunt ac proinde perennaturæ memoriæ gloriam vix merentur. Mens igitur hic mea eſt, pro Polyhiſtorum aucupanda gratia, noſtratum pleniore informatione, extraneorum noſtræ quoque Poloniæ Orthodoxæ notitia, cunctis, quæ in præſentiarum usque utroque vulgari nempe & latino idiomate extant, in unum conglobatis, & ſuo quæque loco diſpoſitis ſcriptis, lacunis & hiatibus ſuppletis, ſerie Epiſcoporum, a quo quisque Author ceſſavit, continuata, usque in præſentem diem, univerſum quoddam Hiſtoriæ Polono-Eccleſiaſticæ, ſub titulo prælibato, excitare opus, cujus diſpoſitionem, quam mens præfert, & cui ſe jam aliquatenus congeſta ſparſim & quaquaverſum materies conformare ſatagit, in ſubſequenti ſchemate & quaſi Idea diſtinctiva oculis lectorum ſubjicio.

Primas Operis occupabit partes, Hiſtorica Narratio ſtabilitæ in oris noſtris Orthodoxæ fidei; cum annexa diſſertatione de cultu Idololatriæ veterum Sarmatarum. Deinde recenſebuntur Principum ac Regum Poloniæ Chriſtianorum, inchoando a Miecislao I. anno 965. luſtrali baptiſmatis aqua delibuto, vitæ, res geſtæ, præcipue vero quævis in rem & propagationem fidei Catholico-Romanæ bene acta. Demum progreſſus ulterior ſanæ fidei in Regno Poloniæ & Provinciis olim & modo ſubjacentibus, ſecundas ſibi vendicabit curas. Hic, ut paucis abſolvam, ea omnia inſerentur, quæ ad religionem ſpectare & Eccleſiaſticam Hiſtoriam conſtituere dignoſcuntur. Attexi hic poterit *Martyrologium Polonicum*, ſeu recenſita Hiſtorica ſeries omnium cujusvis ſtatus, ordinis, gradus & ſexus noſtræ vel finitimæ nationis Sanctarum, Beatarum, in opinione ſanctitatis demortuarum, prodigiisque inclareſcentium perſonarum, ordine ubique Chronologico, ad amuſſim obſervato. Proximum uſurpabunt locum Erectiones ac fundationes perantiquæ Archiepiſcopatuum & Epiſcopatuum, a Principibus ac Regibus Poloniæ præſtitæ, prout & Approbationes ac confirmationes a Sede Apoſtolica hac occaſione emanatæ; tum quoque dotationes, amplificationes & propagationes,

tiones, nec non Translationes Sedium Epiſcopalium ex uno in alium locum, vel certe, extinctiones & annihilationes nonnullarum ſubſecutæ. Inſequetur demum Ordo ac interrupta ſeries, Archiepiſcoporum & Epiſcoporum Regni Poloniæ, & Provinciarum olim ſubjectarum & nunc Regno huic ſubjacentium; tum quoque extinctarum jam, vel in unum coalitarum Diœceſum, exhibens, cujusvis Epiſcopi nomina, gentem, familiam, gentilitium inſigne, genealogicum ſtemma, tempus conſecrationis, gradus quibus quisque ad Epiſcopatum pervenit, vel ad altiorem evectus eſt; acta præcipua, munia, legationes obitas, fundationes præſtitas, meritaque quævis de Eccleſia ac patria. Extant in Gneſnenſes, Leopolienſes, Cracovienſes, Vladislavienſes & Varmienſes Præſules Hexaſticha a *Damalevicio, Scrobiſſevio, Kątſcio*, Clemente *Ianicio* & Thoma *Tretero* conſcripta, quæ ſuis inſerentur locis, cæterorum, qui deſiderantur, Epiſcoporum verſiculis non invita Minerva ſuperadditis. Enumerabuntur ulterius decora & monumenta Metropolitanarum, Cathedralium, Collegiatarum, Præpoſituralium, Infulatarum ac ſimplicium, tum & Parochialium Eccleſiarum per ſingulas Diœceſes. Subſequetur Hiſtorica Narratio Imaginum Gratioſarum Salvatoris, Beatiſſimæ V. M. & quorumvis Sanctorum, miraculis inclareſcentium, in Regno & cæteris annexis Provinciis, ſecundum partitionem Diœceſeon methodo P. Godofr. *Gumpenberg* in Atlante Mariano. Huic ſubnectentur, Synopticæ vitæ clarorum virorum ſtatus Eccleſiaſtici, qui pietate, ſcriptis ac bene geſtis ſui aliquam poſteris transmandarunt memoriam. Seorſivum obtinebit locum ſeries & ordo Metropolitarum, Archiepiſcoporum, Epiſcoporum & Archimandritarum Græco-Vniti ritus, tum & recenſio monumentorum Eccleſiaſticorum ac vitarum clarorum hujus ritus virorum. Similem deinde ſortientur operam Fundationes Abbatiarum ac Monaſticarum Præpoſiturarum, cujuscunque ordinis & utriusque ritus, per totum Regnum & adjacentes Provincias; nec prætermittetur compendioſa Narratio Fundationis & Originis Ordinum Religioſorum, Polonia oriundorum, qualis eſt congregatio Cuſtodum S. Sepulchri Hieroſolymitani vulgo

*Mie-*

*Miechovitarum*, Canonicorum Regularium BB. MM. de Pœnitentia, S. Mariæ de Metro, vulgo *Marcorum*, Marianorum, vulgo *Stanislaitarum*, tum & Monialium S. *Brigittæ*, ex Regno Sveciæ, jure poſtliminii nobis devolutarum. Siſtentur demum, præmiſſa ſerie, Acta omnium, quotquot ab ipſis primordiis fuerunt, Abbatum Clauſtralium, Commendatariorum ſeu Perpetuorum Adminiſtratorum ex Archivis, & quibusvis Cœnobiorum monumentis depromenda. Mantiſſæ loco adnectetur Origo Equitum Ordinis Melitenſis in Polonia, tum & recenſio Commendatorum, *Poſnanienſium* & *Stwolowicenſium* ab ipſa origine usque in præſentem diem. Non poſtremum obtinebunt locum Fundationes Collegiorum Canonicorum, in Cathedralibus & Collegiatis Eccleſiis per ſingulas Diœceſes, tum & eorum præcipua & antiqua ſtatuta, Capitulorum ſtatus modernus, Prælatorum & Canonicorum in quovis Capitulo numerus, eorumque ab ipſa, quoad fieri poterit, erectione enumeratio; jam enim *Cracovienſium*, *Plocenſium*, *Varſavienſium* & *Pultovienſium*, omnium fere, quotquot fuerunt, Canonicorum nomina ex Actis Capitularibus improbo labore collecta, ordine Chronologico, in tabulas retulimus. Sequetur exinde ſeries Prælatorum & Canonicorum ad Suprema Tribunalia Regni ac Lithvaniæ, quotannis Deputatorum ex ſuis reſpective Capitulis, ab ipſa horum Parliamentorum origine usque in præſentem diem. Quoniam vero, præcipue ope & auxilio, virorum maxime in Academiis & Vniverſitatibus, literis imbutorum, res Eccleſiaſtica apud nos ſtetit, idcirco non prætereundum duco, aliqua de origine ac fundatione almæ Vniverſitatis *Cracovienſis*, tum & *Zamoiſcenſis*, *Poſnanienſis* & *Vilnenſis* Academiarum, nec non de Legibus, Statutis & Conſvetudinibus earundem; tum & de viris, qua pietate, qua eruditione clariſſimis, ex iis Lycæis prodeuntibus, eſſari. Nec minus plena Regularis in Polonia Status ſiſtetur notitia. Exhibebitur nempe Tabella, omnium cujusvis Ordinis, Congregationis & Inſtituti, utriusque ſexus Monaſteriorum, Cœnobiorum, Collegiorum & Seminariorum, ſiſtens ordine Chronologico, omnium cujusvis ordinis Fundationum Elenchum, inſperſis ipſis erectionum

monu-

monumentis, ex originalibus deſumptis. Haud contemnendo ponetur loco enarratio actorum omnium, quotquot fuerunt; (fuerunt autem 18) S. R. E. Cardinalium, natione vel indigenatu Polonorum; tum & Legatorum a latere, ac Ordinariorum S. Sedis Apoſtolicæ Nuntiorum, ad Reges noſtros & Rempublicam olim & nunc miſſorum, præmiſſa diſſertatione de ſtatu Nuntiaturæ Apoſtolicæ in Polonia, & munere Legati a Latere, Archiepiſcopo *Gneſnenſi* annexô, prout & de cæteris ejusdem eminentibus Titulis & prærogativis, quas fuſe jam recenſuit avunculus, grata memoria proſequendus, Andreas *Olſzowski* Regni Primas. Claudet agmen profanum vulgus Hæreſiarcharum omnium in Regno & annexis Provinciis ſuos ſpargentium errores. *Arianorum* duntaxat, *Antitrinitariorum* ſeu *Socinianorum*, *Valdenſium*, *Wicleffitarum*, *Huſſitarum*, *Vnitariorum*, *Calixtinorum* & id genus aliorum Novatorum, præcipue vero *Lutheranorum* & *Calvinianorum*; de quarum hæreſium origine *in Polonia*, progreſſibus & fatis, luculentiſſima præmittetur Diſſertatio præliminaris. Huic annectetur Catalogus operum a præmemoratarum hæreſium ſectatoribus, latio vel vulgari idiomate exaratorum, quem pro majori fidelium præcuſtoditione, ſubſequetur Index librorum prohibitorum a Polonis conſcriptorum, qualem nobis texuit Georgius *Zamoyski* Epiſcopus Chelmen. in opuſculo ſeparato Synodi ſuæ Diœceſanæ an. 1604. rariſſime obviæ, annexo. Separatos ſibi vendicabit tomos, locupletiſſima Collectio omnium, quotquot unquam fuerunt, Synodorum in hoc Regno Orthodoxo, ita tamen, ut Provinciales Synodi ſeorſive, Diœceſanæ itidem ſeorſive propter commoditatem Cleri, reſpective Diœceſani haberi poſſint. Pro coronide adjicietur *Bullarium Romano-Polonicum* continens omnes Bullas, nec non Brevia Romana, quotquot unquam emanarunt a SS. Pontificibus, ad Regem, Remp. Epiſcopos & Proceres Poloniæ directa, ordine Chronologico ſervato. Et hæc eſt ſumma operis a me pertextati, quod etſi prima fronte appareat vaſtum ac immenſum, facili tamen negotio abſolvi poterit, obſtetricante exactorum amanuenſium opera, ſi ſinguli eruditi debitas ſubminiſtrare notitias non gravabuntur, & aliquot rei

Hiſtoricæ peritiſſimi, conjuncta manu hoc opus aggrediantur, operas inter ſe partiti, mecum communicantes adnotata. Quodſi vero præpedientibus negotiis, abſolvi illud a me non contingat, ſemitam alteri cuipiam commonſtraſſe, ſufficiet: *Et in magnis voluiſſe, ſat erit.*

Lit. D.

# SPECIMEN CATALOGI

## BIBLIOTHECAE JOSEPHI ZALVSKI R. R. &c.

SISTENS ORDINE ALPHABETICO PRAECIPVOS CVIVSVIS FACVLTATIS ET ARGVMENTI LIBROS, A PERSONIS VEL *SECVLARIBVS*, VEL ECCLESIASTICO-*SECVLARIBVS*, PRAECISE POLONIS (PAVCIS EXOTICIS INTERMIXTIS) TVM ET PERSONIS SEQVIORIS SEXVS AB ANNO SECVLARI 1700. VSQVE AD A. 1731. QVOVIS IDIOMATE, VBIVIS LOCORVM MAXIME VERO IN POLONIA EVVLGATOS.

* *(F.)* ſignificat in folio. *(Q.)* in quarto. *(M.)* in minori forma. *(Ex.)* ſcriptorem exoticum. *(An.)* Anonymum. *(Pſ.)* Pſeudonymum. *(Tr.)* Traductionem ex aliquo idiomate in vulgare. *(Varſaviæ S. P.)* indicat Typographiam Scholarum Piarum. *(S. I.)* Typographiam Soc. Jeſu. *(Vol.)* Volumina. *(Fig.)* figuras. *(Ed.)* editionem denotat.

1. Ancuta *Georg. Caſim. nunc Ep. Suffr. Viln. Referend.* M. D. L. Jus plenum religionis Catholicæ in Regno Pol. & M. D. L. Juri prætenſo Diſſidentium oppoſito (in comitiis a. 1720.) *Vilnæ* 719. *M.*
2. Barry *Anton.* Vita Benedicti XIII. P. M. (cum meis additionibus de Familia *Vrſinorum.*) *Varſaviæ S. P.* 726. *Q.*

*Ex.* 3. Braun *David Conſil. Brand.* de Jurium Regni fundamentalium in R. Pol. ratione & praxi moderna, i. e. de Comitiis Regni Generalibus, de electione Regum, & de juribus Majeſtatis. *Coloniæ* (i. e. Elbingæ) 722. *Q.*

4. *Id.* de Scriptorum Pol. & Pruſſ. Hiſt. Polit. & Juridic. in Bibliotheca

theca ſua collectorum virtutibus & vitiis, Catalogus & judicium. *Coloniæ* (i. e. Elbingæ) 723. *Q.*

5. Brzoſtowſki *Conſt. Caſim. Epiſc. Vilnen.* Epiſtola Paſtoralis. *Vilnæ* 710. *Q.*

6. *Id.* Decreta, Sanctiones & univerſa acta Synodi Diœceſanæ Vilnen. a. 1717, 3. Febr. celebratæ per Alex. Joa. *Zebrowski* Archid. Albæ Ruſſiæ connotata. *Vilnæ* 717. *Q.*

7. Buchan *Joa. Frider.* Hecatombe epigrammatum ſuper hymnos, verſiculos & Reſponſoria Officii de Imm. Concept. B. V. M. *Varſaviæ S. P.* 718. *Q.*

8. Buchowſki *Andr. Canon. ad S. Annam Crac.* Gloria Domini ſuper templum ſuum (i. e. Deſcriptio Baſilicæ Vniverſ. Cracov. ad S. Annam.) *Cracoviæ* 703. *Q.*

9. Charitius *Andr.* Commentatio Hiſtorico-Literaria, de viris Eruditis Gedani ortis. *Wittembergæ* 715. *Q.* *Ex.*

10. Chroſcinſki *Stan. Adalb.* Clypeus Joannis III. i. e. Hiſtoria Chronologica Domus *Sobieſciorum.* *Brigæ* 717. *F.*

11. Cruſius *Theod.* Miſcellanea *Sileſiaca.* *Lignicii* 722. *M.* *Ex.*

12. Damalewicz *Steph. Vladisl. & Cruſvic. Canon.* Vita S. *Bogumili Archiepiſcopi Gneſn. poſt edit. Romanam 2.* *Varſaviæ S. P.* 714. *M.*

13. Dembinſki *Vexillifer Zatorien.* Philomela Roſariana canens myſteria SS. Roſarii B. V. M. (carmine Leonino.) *Cracoviæ* 710. *M.* *An.*

14. Długoſſi *Joa. Archiep. Leopol.* Hiſtoriæ Polonicæ, nova editio, (7 poſtremis libris, qui in Dobromilienſi deſiderabantur, aucta) cum adjectis aliquot Script. Pol. *Lipſiæ* 711. *F. 2 vol.*

15. *Id.* Vitæ Epiſcoporum *Smogorzevien. Rydzinen.* & *Vratislavienſium* (reperitur in Somersbergii Scriptoribus rerum Sileſiacarum ineditis, tomo 2.) *Ibid.* 729. *F.*

16. *Id.* Epitome ejusdem operis. (Ibidem reperitur.)

17. Erndtel *Chriſt. Henr. D. Medici Regii, Varſavia* phyſice illuſtrata, ſive de aere, aquis & incolis Varſav. eorundem moribus & morbis. *Dreſdnæ* 730. *Q. fig.* *Ex.*

18. Ferber *Joa. Conſt.* Diſſertatio Juris Publ. Pruthenici de Muneris *Ex.*

Theſaurarii in Pruſſia Reg. antiquitate, Juribus & Prærogativis. *Gedani* 722. Q.

19. Fredro *Andr. Maxim. ex Caſt. Leopol. Palat. Podoliæ.* Vir conſilii, monitis Ethnicorum, nec non prudentiæ civilis, prælucente apparatus oratorii copia, ad civiliter dicendum inſtructus. Acceſſere alia ejus Miſcellanea: *Opus poſth.* *Leopoli* 730. Q.

20. *Id.* Monita Politico-Moralia. *3. Ed. Veſaliæ* 700. *M.*

*An.* 21. Gaſpari *Chriſt. Secr. Primitialis* Genuina ratiocinatio circa Decretum Thorunenſe. *Varſaviæ S. P.* 725. *F.*

*Ex.* 22. Hoppius *Samuel Joach.* De Scriptoribus Hiſtoriæ Polonæ ſchediaſma Literarium. *Dantiſci* 707. Q.
*Item* cum Annotat. Gabr. *Grodeck* & Valentini *Schlieff* Gedan. (præmittitur novæ Editioni *Dlugoſſii.*) *Lipſiæ* 711. *F.*

23. Jaklinſki *Joſeph. Judicides Caſtr. Oſwiecim.* Siren Sarmatica (i. e. Epigrammata de paſſione Chriſti Stan. *Lubomirski* Mareſchalci R. Poloniæ, latino carmine expreſſa. *Cracoviæ* 725. *M.*

*Ex.* 24. Jænichius *Petr.* Notitia Bibliothecæ *Thorunenſis.* *Jenæ* 723. Q.

25. *Id.* Meletemata Thorunenſia ſeu Diſſertationes varii argumenti. *Thorunii* 729. *M.* 2 *vol.*

26. Joannes *Archidiac. Gneſnen.* Chronica Polonorum a. 1359. confecta (in *Somersberg* Scriptor. Sileſiæ T. I.) *Lipſiæ* 729. *F.*

27. Kadłubek *Vincentius Epiſc. Cracov.* Chronicon Poloniæ, (in nova edit. *Dlugoſſii.*) *2 Ed. Lipſiæ* 711. *F.*

28. Karnkowſki *Stan. Archiep. Gneſnen.* Illuſtrium virorum Epiſtolæ collectæ. (Ibidem.) *2 Ed. Lipſiæ* 711. *F.*

29. Lapczynſki *Ant. Chryſantus* Solium Poloniæ (i. e. Hexaſticha in Reges Poloniæ.) *Thorunii* 710. *M.*

*Ex.* 30. Lengnich *Godfrid.* Commentatio ſuccincta de norma regiminis, quæ ſub imperio RR. Pol. ex præſcripto Jurium Fundamentalium *Pruſſiæ* competit. *Gedani* 722. Q.

31. Leo *Joa. Decan. Gutſtad.* Hiſtoria Pruſſiæ Opus poſth. *Brunsb.* 725. *F.*

*Ex.* 32. Lilienthal *Mich.* Schediaſma de præcipuis rerum *Pruſſicarum* Scriptoribus. *Regiomonti* 718. *M.*

33.

33. Linde *von der, Joa. Ern. ſub ficto nomine Gratiani Severini Lipinski,* Sicilimenta ad Epiſtolas Załuſcianas. *(Gedani)* 711. Q. *Ex. Pſ.*
34. Lochowſki *Stan. Notar. Opocznen.* Regulæ Juris & loci Communes Forenſes. *2 Ed. Cracoviæ* 701. *M.*
35. Lubinſki *Caſim. Epiſc. Cracovien.* Synodus Diœceſ. Cracovienſis. *Cracoviæ* 711. *F.*
36. Lubomirſki *Stan. Supr. Mareſch. Regni* de vanitate Conſiliorum. *Varſaviæ S. P.* 702. *M.*
37. *Id.* Repertorum Opuſcula latina, ſacra & moralia. *Ibid* 701. *M.*
38. Małopolſki *Stan. Subdapifer Braclavien.* Leges menſæ Małopolſcianæ (multa hic curioſa reperiuntur.) *Varſaviæ S. P.* 707. Q.
39. Menckenius *Joa. Burchardus, Sigismundi Auguſti* R. Pol. Epiſtolæ, Legationes & Reſponſa, nec non *Stephani Batorii* Regis Polon. *Lipſiæ* 703. *M.* *Ex.*
40. Młynarſki *Caſim. Cantius Paroch. Fridman in Hung.* Sermones familiares inter Catholicos & Acatholicos frequentes. *Crac.* 701. *M.*
41. Mocki *Georg. Canon. G. Plocen.* Thronus Regius (i. e. Concio in funere Pr. *Caſimiræ, Jacobi* Princ. Regii Pol. Filiæ, *Volaviæ* 5 Julii. *Vratislaviæ* 723. *F.*
42. Nogawſki *Joſeph. Mich.* Seminarium Spiritus & artis concionatoriæ in principiis, ſententiis, exemplis Concionatorum Status Eccleſ. Sec. fundatum. *Varſaviæ S. J.* 731. *M.*
43. *Id.* Feſta Sanctorum Symbolice & Poetice propoſita. *Cracoviæ* 724. *M.*
44. Olſzowſki *Andr. Archiep. Gneſnen.* Quinquaginta Singularia Juris patronatus Regum Poloniæ (in Novis Polonicis ex Comitiis Grodnen.) *3 Ed. Coloniæ* 728. Q. *An.*
45. *Id.* de Archiepiſcopatu Gneſnenſi (i. e. de Legatione nata, de Principatu & Privilegiis Archiep. Gneſn. (Adjicitur parti primæ Tom. I. Epiſtol. *Zaluſcianarum.)* *Brunsbergæ* 709. *F.*
46. Opatovius *Adamus Decan. ad S. Annam Crac.* Vita Beati Joannis Cantii. *2 Ed. Cracoviæ* 712. *M.*
47. Orichovius *Stanisl. Canon. Premisl.* Annales Poloniæ ab exceſſu

giſmundi I. & vita Petri *Kmitæ* (in nova Editione Dlugoſſii.)
*3 Ed. Lipſiæ* 711. *F.*

48. Oſſolinſki *Georg. Supr. Regni Cancell.* Mercurius Sarmaticus (i. e. Orationes in variis Legationibus ab eo habitæ.) *Vilnæ* 716. *M.*

49. Owaniſzewicz *Chriſtoph. Auxentius Prof. Zamoyſ.* Palmaris fructus (i. e. varia epigrammata curioſa & Politica Polonica verſione adumbrata. *Zamoyſcii* 700. *Q.*

50. Paſtorius *Joach. Canon. Varmien. & Chelmen.* Inſtitutiones aulicæ. *3 Ed. Ienæ* 717. *M.*

51. Piechowſki *Michael Epiſc. Suffrag. Chelmen.* Cornu copiæ Infulæ Chelmen. (i. e. vitæ Synopticæ Epiſc. Chelm.) *Zamoſcii* 717. *F.*

52. Piotrkowſki *Lucas Prof. Crac.* Rhetoricæ Inſtitutiones 4 Libris comprehenſæ. *3 Ed. Cracoviæ* 722. *M.*

*An.* 53. Poninſki *Succamerarius Regius,* Auguſtus Hymenæus, i. e. Deſcriptio Pompæ nuptialis *Friderici* Principis Regni Pol. cum Maria Joſepha Archiduciſſa Auſtriæ. *Dresdæ* 720. *Q.*

54. *Id.* Fortuna in Lechiam hoſpes, Carmen dicatum in adventu ejusdem Principis Regii Varſaviam. *Varſaviæ S. P.* 726. *F.* (Reperitur quoque reimpreſſum in Novis Polon.) *Coloniæ* 728. *Q.*

55. *Id.* Planta felicitatis publicæ, Carmen in adventu Sereniſſ. Regis, reconvaleſcentis. *Varſaviæ S. P.* 727. *F.*

56. *Id.* Gemini ſoles. Carmen in adventu Curiæ Berolinenſis Dresdam. *Dresdæ* 728. *F.*

57. *Id.* Ingens umbra: in fun. *Sieniawſki* S. Exercit. R. Ducis. *Varſaviæ S. P.* 726. *F.*

58. *Id.* Auguſtus dolor: in fun. *Denhoff* Exerc. Litvan. Campiducis. *Varſaviæ S. P.* 730. *F.*

59. Potocki *Paulus Caſtell. Camenec. Parens Celſiſſimi Primatis,* Seculum bellatorum & togatorum (i. e. elogia 100 Polonorum illuſtrium utriusque Status. Titulus in omnibus exemplaribus deſideratur prout & alia præliminaria. *Cracoviæ* 702. *Q.*
*An.*

60. Roſtkowſki *Adam Franc. Xav. Ep. Philad. Suffr. Luceor.* Clypeus Cleri Poloni contra tela fori Secularis. *Varſaviæ S. P.* 728. *Q.*

61. Rupniewſki *Steph. Boguſl. Epiſc. Luceor.* Epiſtola Paſtoralis, alias Inſtructio, ſ. Monita paterna ad Clerum ſibi commiſſum. *Zamoſcii* 722. *Q.*

62. *Id.* Synodus Luceorienſis. *Varſaviæ S. P.* 726. *F.*

63. Rychalſki *Mich. Senior Manſ. Vladiſl.* Quadriga Sacerdotum ad Cœlum, ſive prædeſtinatio Sacerdotum per quatuor Noviſſima jugiter expenſa. *Cracoviæ* 705. *M.*
*Vilnæ* 707. *M.*

64. Sapieha *Ioa. Frider. Lucas Caſtell. Trocen.* Monumenta Marianarum antiquitatum, i. e. Hiſtoria Thaumaturgæ Imaginis B. V. M. Kodnenſis Innoc. XIII. inſcripta. *Varſaviæ S. I.* 721. *F.*

65. *Id.* Fundatio infulatæ Præpoſituræ Kodnenſis. *Zamoſcii* 717. *F.*

66. *Id.* Adnotationes hiſtoricæ de origine, antiquitate, excellentia heroici ac celeberrimi Ordinis Equitum Aquilæ Albæ in Polonia. Acceſſit Corollarium celebriores in Chriſtianitate ordines equitum enumerans. *Coloniæ* i. e. *Varſaviæ S. I.* 730. *Q.*

67. *Id.* Tabula Genealogica Domus *Sapieharum*, æri inciſa in Folio maximo patenti a Dn. *Mylio.* *Kodnæ* 732.

68. Sarnicki *Staniſl.* Annales ſeu de origine & rebus geſtis *Polonorum* & *Lithvanorum* Lib. 8. *2 Ed. Ibidem* 711. *F.*

69. *Id.* Deſcriptio veteris & novæ *Poloniæ*, itemque Ruſſiæ & Livoniæ. (Reperiuntur in nova Edit. Dlugoſſii.) *2 Ed. Ibid.* 711. *F.*

70. Sendelius *Nathanael,* Electrologiæ per varia tentamina Hiſtorica ac Phyſica continuandæ Miſſus 1. & 2. & 3. *Elbingæ* 725. *Q.* *Ex.*

71. Skrzetuſki *Joa.* Monitorium ſimplex ad correcturam vitæ humanæ. *Thorunii* 709. *Q.*

72. *Id. ſeu* Szczuka *Staniſl. Pro-Cancellarius Lithv. ſub ficto nomine Candidi Veronenſis,* Ecclypſis Poloniæ Orbi Polonico demonſtrata. *Varſaviæ S. P.* 709. *Q.* *Pſ.*

73. Szaniawſki *Conſtant. Felic. Epiſc. Cracovien.* Epiſtola Paſtoralis. *Cracoviæ* 720. *Q.*

74. *Id.* Idea vitæ ſacerdotalis ad uſum Cleri Diœceſani. *Ibid.* 721. *Q.*

75. Szembek *Chriſtoph. Antonius Epiſc. Vladiſlavien.* Epiſtola Paſtoralis.

ralis. *Varſaviæ S. P.* 720. *Q.*

76. *Id.* Synodus *Poſnanienſis.* *Varſaviæ S. P.* 720. *Q.*

77. Szembek *Chriſt. Joan. Epiſc. Varmien.* Epiſtola Paſtoralis. *Brunsbergæ* 724. *Q.*

78. *Id.* Synodus *Chelm.* *Zamoſcii* 717. *F.*

79. *Id.* Synodus *Premislien.* *Cracoviæ* 723. *F.*

80. Tarło *Petrus Ep. Poſn.* Epiſtola Paſtoralis. *Varſaviæ S. P.* 721. *F.*

81. Temezvari *Joa. Ignat. Notar. Luceor.* Anima pœnitens ad Regulas Præceptorum Decalogi, i. e. Explanationes peccatorum ſtylo metrico, in parte expoſitæ. *Supraslii* 726. *Q.*

82. Turłay *Vlad. Eqv. Lithv.* Corona Auſtralis, i. e. vitæ Reginarum Poloniæ de domo Auſtriaca. *Vilnæ* 705. *Q.*

*Ex.* 83. Vaſtovius *Joa. Svecus Canon. Varmien.* Vitis Aquilonia, ſeu vitæ Sanctorum Regni Sveo-Gothici, cum notis *Erici Benzelii.* 2 *Ed. Vpſaliæ* 708. *Q.*

84. Waryſki *Stan.* Ephemeris Hiſtorico-Politica, ſeu Synoptica Deſcriptio Hiſtorico-Chronographica ſingularium in *Polonia* geſtorum per ſingulas anni dies diſpoſita. *Cracoviæ* 702. *M.*

85. Zalaſzowſki *Nicol. Archid. Poſn.* Jus publicum Regni Poloniæ. *Poſnaniæ* 702. *F.* 2 *vol.*

86. *Id.* Jus Capituli ſ. de poteſtate Capituli, ſede Epiſcopali vacante. Cum adjecta Epiſc. *Poſnan.* Hiſt. Synopſi. *Opus poſth. Ibid.* 706. *Q.*

87. Zawadzki *Caſim. Caſtell. Culmen.* Speculum vere repræſentans Anomaliam in Capitibus Imperii Sarmatici oblatum Joa. III. ſeu exilis tractatus ſuper advertentiam defectuum in Cap. Imp. Sarm. 3 *Ed. Lublini* 716. *Q.*

*An.* 88. (Zuchowſki *Steph. Archid. Sendomir.* Cenſura civilis famoſi libelii intit. *Reſponſio Civit. Gedan.* *Sendom.* 723. *F.*

89. Załuſki *Andr. Chryſoſt. Epiſc. Varm. Supr. Cancell. Regni* Epiſtolarum Hiſtorico-Familiarium 3 *Tomi,* 4 *vol.* *Brunsbergæ* 709-11. *F.*

90. Załuſki *Joſeph Andr. Refer. R.* Analecta Hiſtorica de Sacra a Rom. Pontif. uſitata Cæremonia, enſem & pileum benedicendi, eaque munera Principibus Chriſtianis mittendi. *Varſaviæ S. P.* 726. *Q.*

*SCRIPTA*

## *SCRIPTA ANONYMA ET PSEVDONYMA IGNOTA: TVM ET LITVRGICA.*

| | | |
|---|---|---|
| 91. Antiphonarium | ſecundum ritum | *Cracoviæ.* |
| 92. Pſalterium | Officii Romani; | *Ibid.* 716. |
| 93. Rituale Sacramentorum ſeu Agenda, 2 Partes | ex uſu & conſvetudine Provinciæ *Polonæ.* | *Ibid.* 725. Q. 2 *vol.* |
| 94. Proceſſionale | | *Ibidem.* |
| 95. Graduale | | *Ibidem.* |

96. Officium Hebdomadæ Sanctæ. *Gedani* 709. *F.*

97. *Anon.* vita S. Stanislai *Koſtcæ* S. J. Viennenſis olim Academici 100 Symbolis illuſtrata. *Viennæ* 715. *M. fig.*

98. *An.* vita ejusdem Sancti, emblematibus illuſtrata. *Dilingæ.* Q. *fig.*
*Item.* 2 *Ed. Vratislaviæ* 731. *M. ſine fig.*

99. *Anon.* Summarium complectens originem & ſtatum Eccleſiæ *Varmien.* S. Congr. Conſiſt. R. D. *Riviera* Secretario. *Brunsbergæ* 724. *F.*

100. *Anon.* Nova *Polonica* ex Comitiis Grodnenſibus de Legatis Pont. Max. & R. Angliæ, de Jure Patronatus, aliisque ad Hiſt. recentiorem Pol. & C. *Thorun.* ſpectantibus rebus. *Coloniæ* i. e. Wittembergæ 728. Q.
(*Idem* proſtat & Germanico idiomate.)

101. *Pſeud.* ſub ficto nomine *Pacifici Veredarii* Nova & vetera, liberas ab antiquo electiones Regularium Abbatum Poloniæ concernentia. Auth. Anon. Opp. *Nova Polonica* porrecta. (*Olivæ*) 728. Q.

102. Jus *Culmenſe* correctum, una cum Proceſſu Juris, pro Diœceſi *Varmienſi*, Conſtitt. Mauritii, nec non Sigism. Regis & Alberti Marchionis; adduntur in fine Thomæ de *Thomaſettis* flores legum. *Brunsbergæ* 711. *F.*

103. Jura fundamentalia Terr. Pruſſiæ, una cum pacto Feudi Diſtrictuum *Leoburgen.* & *Bythovien.* &c. *Gedani* 728. Q.

104. Jus Terreſtre Nobilitatis *Pruſſiæ* correctum. *Ib.* 728. Q.

105. Immunitas Civitatum *Pruſſiæ*, a Jurisdictione Judiciorum Tribunalitiorum Regni Poloniæ. *Ib.* 718. Q.

106. *Pſeud.* ſub ficto nomine *Lucii Veri* Eqvus effrenis, fallax ad ſa-

lutem, (i. e. cenſura Opuſculi de Polygamia ſimultanea Frid. *Willenbergii.* *Varſaviæ.* Q.

107. *Anon.* Eqv. Pol. Europa in Ser. *Leſzczynia* Domo ſangvine & affinitate incluſa. *Francofurti (in Polonia)* 725. *M.*

*LIBRI POLONI IDIOMATIS.*

108. Chroſcinſki *Stan. Alb.* Jobus patiens (i. e. Hiſtoria Jobi verſibus deſcripta.) *Varſaviæ S. P.* 705. Q.

*Tr.* 109. *Id.* Laurus poetica (i. e. elegiæ de B. V. Maria a R. P. Floriano a S. Hieronymo Schol. Piar. 1701. ſcriptæ; patrio carmine explicatæ) Lat. & Pol. *Varſaviæ S. P.* 706. *M.*

110. *Id.* brevis collectio ſpiritualium occupationum (i. e. Preces, Pſalmi pœnitentiales & varii hymni ſacri. *Częstoch.* 711. Q.

111. Chwalkowſki *Nicol. Reſidentis Curland.* Monumenta ſ. Chronica Pruſſica Generalium Magiſtrorum & XX. Pruſſ. (opus poſt.) *Poſnaniæ* 712. Q.

*An.* 112. (Czartoryyſki *Ducis Joſephi Vexilliferi M. D. Lit.*) Meditationes & reflexiones piæ in dies Hebdomadæ magnæ. *Cracoviæ* 728. Q.

113. Debinſki *Joa. Cubicularius Palatini Cracov.* Variæ orationes publicæ in Comitiis & Comitiolis, quibus præmiſſi 4 diſcurſus politici, Opus poſth. *Częstoch.* 727. Q.

114. Dobinſki *Stan. Burgr. Crac.* Series verſuum in Feſtos dies Sanctiſſ. Mariæ, i. e. elegiæ in 7 feſta S. Virg. *Cracoviæ* 725. Q.

*An.* 115. Działynſki *Mich. Caſtell. Breſt. Cujav.* Libra ſive vox convocans filios patriæ ad concordiam. *Argent.* i. e. *Thorunii* 713. Q.

*Ex.* 116. Fonklofen *Geo.* Theſaurus pretioſus, i. e. Deſcriptio morborum & modus medendi. *Lublini* 724. *M.*

117. Frankowic *Mart. Ignat. Cuſtodis Sandecenſ.* Exemplar vitæ S. Cunegund. *Cracoviæ* 718. *F.*

118. Głoſzowſki *Matthiæ* Horologium ſive monumentum i. e. Carmina in paſſionem Chriſti. *3 Ed. Regiomonti* 714. Q.

119. Gołębiowſki *Joa.* Criminationes falſæ, calumniæ & falſitates Hæreticorum contra Eccl. Rom. *Poſnaniæ* 700. Q.

*An. Tr.* 120. (Grabſki *Joa. Caſ. Judicis C. Nakel.*) Veritates univerſales, ſive demon-

demonſtratæ ſcientiæ Philoſophiæ Chriſtianæ ex Italica lingva Joa. Manni & latina Eſtrixi S. J. translatæ. *Poſnaniæ* 703. & *Varſaviæ* 717. *M.*

121. Hadziewicz *Chriſtoph. Vexilliferi Venden.* Pretioſæ Eccleſiaſtæ & proverbiorum autoris admonitiones, i. e. Eccleſiaſtes carmine Polon. *Cracoviæ* 702. *Q.*

122. *Id.* Opus ſalutis (i. e. Epigrammata de paſſione Domini & alia carmina ſacra.) *Leopoli* 700. *Q.*

123. Haur *Jac. Oeconomi Wielkorządov.* Selectus Oeconomiæ agrariæ, politicæ, militaris & medicinæ, 2 ed. auctior. *Varſaviæ S. J.* 730. *F.*

124. Humiecki *Steph. Palatini Podoliæ,* Relatio commiſſionis a. 1699. circa evacuationem Cameneci Podol. peractæ. Item Relatio limitum Polon. & Imper. Turcici conſtitutorum a. 1703. *Leopoli* 729. *F.*

125. (Jabłonowſki *Joa. Palatini Ruſſiæ*) XLVII preces in jejunium magnum ejusque dies. *Częstochoviæ* 719. *Q.* *An.*

126. *Id.* Novæ meditationes ad S. Franc. Xaverium Poſn. 1718. *Caliſſ.* 719. *M.* *An.*

127. *Id.* Tractatus de immaculata conceptione Mariæ Virg. ex Hiſp. & Gallico Vincentii Juſtiniani Antiſtæ translatus. *Brunsb.* 722. *Q.*

128. *Id.* Cogitationes & reflexiones cujusdam pœnitentis voluptates mundanas deplorantis, in VII Pſalmos pœnitentiales. *Varſaviæ S. J.* 714. *M.* *An.*

129. *Id.* Tractatus de providentia divina cum novis acceſſionibus. *Leopoli* 727. *M.* *An.*

130. *Id.* Scrupulus ſine ſcrupulo. *Ib.* 730. *Q.* *An.*

131. *Id.* Occupationes Chriſtianæ ſ. Vita beata Jeſu triplicibus epigrammatis expreſſa (& alia ſacra poemata.) *Ib.* 700. *Q.* *An.*

132. *Id.* Hiſtoria de imagine S. Virg. Mariæ Socalenſi verſibus. *Ib.* 724. *Q.*

133. *Id.* Hiſtoria Telemachi filii Vlyſſis (ex Gall. Franc. Salignaci de la Mothe-Fenelon Archiep. Cameracenſis carmine Polon. verſa, fabula Romanenſis moralis.) *Sendomiriæ* 726. *F.* *Tr.*

134. *Id.* Aeſopus novus Polonicus, i. e. vita Aeſopi. It. CI. fabula (cum additamentis ſuarum.) *Lipſiæ* 731. *M.*

135. Jagodynſki, SS. Groſſus i. e. varia Epigrammata. *Cracov.* 705. *Q.*

*Ex.* 136. Kircheimii *Chriſtiani Henr.* Facies Anatomica Corporis humani dismembrati, polonice. *Varſaviæ S. P.* 722. *Ibid.* 730. *M.*

*An. Tr.* 137. (Kłokocki *St.*) Ricoti Secretarii Legati Anglici apud Portam Ottomannicam, Monarchia Turcica, 2 edit. per J. Schmidt. *Lipſiæ* 727. *M. fig.*

138. Kołudzki *Auguſtini Judicis Junowladisl.* Thronus patriæ ſ. Palatium æternitatis brevi collectione Principum & Regum Poloniæ. *Poſnaniæ* 707. *Q. fig. Ibid.* 725. *Q. fig. Supraslii* 727. *Q. fig.*

139. Kraſſowſki *Mich. Can. Premisl.* Expoſitio i. e. deſcriptio ornatuum Patri S. Bened. XIII. & Czenſtochoviæ donatorum. *(Varſaviæ)* 726. *F.*

140. Kurdwanowſki *Joa. Franc. Suffrag. Varmien.* Conciones quædam, variis locis & occaſione varia habitæ. *Brunsbergæ* 724. *Caliſſ* 728. *F.*

*Tr.* 141. Kadzinſki *Joſeph. Promicondi & Judicis Pogr. Lit.* Peregrinatio ſ. deſcriptio Terræ S. ex lat. *3 Ed. Supraslii* 725. *M.*

142. Lapczynſki *Anton. Chryſanti* Tyrannis devicta ſ. vita S. Teclæ virg. Mart. verſibus. *Varſaviæ S. P.* 726. *Q.*

*Tr.* 143. *Id.* Adverbia moralia de virtute & fortuna Stanisl. Lubomirſki Mareſch. Regni transl. *Varſaviæ P. S.* 714. *M.*

*An.* 144. (Loſki *Franc. Aloiſii Succamerarii Varſ.*) Sonus ad gratitudinem i. e. Poemata varia ſacra. Item Orationes in Comitiis & Comitiolis. *Varſaviæ S. P.* 727. *Q.*

*An.* 145. Lubomirſki *Stan. Mareſch. Regni* Colloquia Artaxerxis & Evandri politica. *2 edit. Czenſtoch.* 718. *M.*

*An.* 146. *Id.* Tobias liberatus verſibus. *Varſaviæ S. P.* 706. *M.*

*An.* 147. *Id.* Eccleſiaſtes Hebr. Coheleth verſibus. *Ibid.* 706. *M.*

148. *Id.* Jeſus Nazarenus i. e. Epigramm. de paſſione Chriſti. *Thorunii* 723. *M.*

148. * *Id.* Melodia ſacra verſibus. 703. *M.*

149.

